



To the memory of
Lieut.-Col. John Shaw Billings
M.D., D.C.L., LL.D.
First Director of
The New York Public Library
who by his foresight energy and
administrative ability
made effective
its far-reaching influence

"He is not dead who giveth life to knowledge"

ADF
LOEWE

GLOSSAE NOMINUM

EDIDIT

GUSTAVUS LOEWE

ACCEDUNT EIUSDEM OPUSCULA GLOSSOGRAPHICA

COLLECTA A GEORGIO GOETZ



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCLXXXIV

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

GEORGII GOETZ PRAEFATIO.

Quadriennium nunc abiit ex quo prima huius libelli plagula typis exscripta est: gravi flebilique amici casu fit ut cui gratulandi causa dedicatum esset opusculum idem ultimam inponere manum cogar praefandique negotium suscipere. Recensio ducta erat ad glossam 990: quae sequuntur absolvi itemque haec praemonita ita composui, ut Prodromi verba saepius exscriberem pauculasque adnotationes marginales Loewii adsciscerem: utrumque ubi factum sit, indicatur.

§ 1. Ex duobus glossarum nominum codicibus vetustior est cod. Amplonianus saec. IX (A) de quo Prodr. p. 111 sqq. accurate disputatur. Continet tria glossaria glossasque nominum loco tertio inde a fol. 34^{v}c usque ad fol. 37^{v}c. Inter fol. 36^v et 37^r duo folia interciderunt, 'qua lacuna *c* litterae finis, integrae *d e f g*, principium *h* litterae absorpta sunt', i. e. circiter 552 glossae. Tres enim pagina columnas habet singulaeque columnae 46 glossas capere solent. Mira praecedit inscriptio haec: NUNC ALIAE[1] XIII (vel XUI) EXIGUAE SECUNTUR quae quo spectare videatur fortasse alii explicabunt. In fine haec sunt: *et ÷ fiñ*, unde apparet nihil in hoc libro post fol. 37 intercidisse. — Primus glossas nominum edidit Franciscus Oehler in Iahnii annal. t. XIII (a. 1847) ita tamen ut 40 glossas consulto omitteret (10. 29. 63. 85. 101. 121. 210. 227. 243. 248. 269. 290. 413. 426. 429. 441. 456. 459. 493. 860. 862. 871. 882. 888. 890. 892. 913. 944. 988. 998. 1000. 1003. 1024. 1051. 1057. 1066. 1067. 1074. 1076. 1079). Ac ne reliquas quidem ea qua par erat dili-

1) ALIAE spectat ad titulum secundi glossarii, ubi sic est: 'incipit II conscriptio glosarũ | in unam quibus verba quoq. t nomĩ | alia mixtim t latina t saxoniae | inseruntur.'

gentia tractavit, quod hac editione adhibita facile apparebit. Glossulas non ita multas bene emendavit, alias infelici conatu temptavit, de longe plurimis videtur desperavisse. Ab Oehlero pendet Vincentius de Vit in glossario, quod lexico Forcelliniano addidit: cuius conamina pauca in adnotatione commemorata sunt.

§ 2. Post Oehlerum anno 1854 Ferdinandus Deycks neglectis Oehleri glossis idem glossarium mutilum ex codice monasterii Werthinensis ad Ruram edidit,[1] qui de codice suo sic disputat (p. V): 'Octo scilicet sunt folia eius formae quam quartanam solent nominare, quorum quidem quattuor ultima dimidia paginae parte sunt mutilata, quum librorum tegumento quondam inservierint. Fuerunt in bibliotheca olim celeberrima monasterii Werthinensis ad Ruram, quae inde a S. Ludgeri temporibus usque ad saeculi XVIII. finem omnis doctrinae laude floruit magnamque optimorum librorum copiam habuit, cuius vix pauca passim vestigia restant. Sed ut ad folia nostra redeamus octo, scripturam ostendunt ea saeculi fere XI. satis nitidam et elegantem, duabus columnis constantem, in plerisque emendatam ac raro vitiosam.'[2] Quibus verbis usus et adscitis lacunarum signis, quae Deycksius addidit, sic fere fuisse dispositas singulas glossas intellexisse mihi videor:

fol. 1^r a 11—38; b 40—69.
„ 1^v a 72—100; b 103—132.
„ 2^r a 133—162 (?); b 163 (?)—192 (?)
„ 2^v a 193 (?)—222 (?); b 222 (?)—251.
„ 3^r a 254—278; b 281—309.
„ 3^v a 312—338; b 341—370 (?).
„ 4^r a 371 (?)—400 (?); b 401 (?)—430 (?).
„ 4^v a 431 (?)—460; b 461—490.
„ 5^r a 491—520; b 521—550.
„ 5^v a lacuna; b 551—579.

1) In ind. lect. Monast. a. 1854/5.

2) De fatis fragmenti Werthinensis paucis disputat W. Crecelius Mus. Rhen. vol. XXXII (a. 1877) p. 634 sq., ubi narrat, fragmentum glossarum Deycksium ab amico Lacombletio archivario Dusseldorpiensi, accepisse, idque etiamnunc in Deycksii heredum manibus esse.

fol. 6^r a 580—607; b 608—633.
„ 6^v a lacuna; b 634—659.
„ 7^r a 660—689; b 690—719.
„ 7^v a lacuna; b 720—749.
„ 8^r a 750—777; b 778—805.
„ 8^v a lacuna; 806—832.

Ex qua tabula elucet circiter tricenas glossas intercidisse post v. 550, 633, 719, 805, i. e. circiter 120 glossas.

§ 3. Mirum sane videtur, quod nemo quod sciam ante Loewium perspexit, fragmentum Deycksianum (W) quomodo cum tertio glossario Amploniano cohaereat.[1] Idem enim uterque codex glossarium tradit diversa ratione mutilatum. Fuerunt in W circiter 435 glossae quae nunc quidem absunt ab Amploniano: in quo cum circiter 552 perierint, inter 832 et 833 lacuna 117 glossarum statuenda est; unde integrum glossarium circiter 1300 glossas continuisse efficitur. Olim huc rettuli miram illam Amploniani inscriptionem ($\overset{\mathrm{c}}{\mathrm{XIII}}$ = MCCC) quode nunc dubito.

Codex A quamvis superet aetate W, haud paucis tamen locis ei cedit: multas enim W scripturas emendatiores habet velut 20/21, 73, 74, 97, 140/141, 148, 244, 253, 261, 305, 339, 369, alias: neque tamen exempla desunt, ubi A praeferendus sit, ut 19, 38, 122, 167, 169, 182, 206, 256, 301,[2] alia: quibus lectionibus comparatis neque W ex A pendere neque aut A aut W neglegendum esse facile intelleges. Pauca vitia ad commune archetypum revocanda sunt, ut 81, 144, 176, 256, 285 (*farina*), 358, 509[3]: quorum numerus cum non ita magnus sit, archetypum librorum AW ad

1) Ac ne post Loewium quidem haec res omnibus nota est. Certe H. Sweet 'the Epinal glossary, London 1883' ut Loewii Prodromum ita hoc fragmentum videtur ignorare.

2) Post 461 *celeber* : *inlustris A, cliens* : *fugitiuus W,* aperte interpolati Loewio iudice. Mihi indicium hac in re servatum esse videtur, in archetypo *cliens* : *seruus profugus vel fugitiuus* fuisse pro glossa 459, hanc autem signo post 461 relatam, unde turbae in utroque libro natae. Traiectionem commendat lex terminationum, de qua infra.

3) Ex interpretamentis exempla petii; nam in lemmatis iudicium lubricum: potest huc spectare velut 300. Gl. 173 M. Schmidt proponit *abstinentia* pro *absentia:* quae coniectura si probatur, novum est exemplum.

id exemplar, quod saeculo octavo nescio quis homo in usum latine discentium composuit, sat prope accedere apparet.[1]

§ 4. Glossas nominum mere latinas ex latinograecis factas esse Loewius Prodr. p. 132 sqq. ita demonstravit, ut contra si quis sentiat, nil sentiat. Nam longe plurimae glossae in Philoxeni Cyrillique glossariis aliisque bilinguibus exstant: quas homo quidam stultus et graece male sciens in mere latinas ita vertit, ut ingentem numerum ridiculosissimorum monstrorum procrearet. Exempla pauca proponere liceat. 1) Gl. 36, 39, 46 tales sunt:

adsertus : carpens fructus
adsertio : collectio
adsertor : collector.

Quae ex his prodierunt:

adsertus : καρπιστής (cf. adsertor[2])
adsertio : καρπιστία P 7, 17
adsertor : καρπιστής P 7, 16

καρπιστής autem a καρπίς derivatur, non a καρπός, quod hebes homo nesciebat.

2) Gl. 74 talis est:

aedilicius : publicae legis gnarus

Fons est velut C 365, 15:

ἀγορανόμος : edilicius, edilis

unde belle transtulit.

3) Gl. 68:

aesculus : vorax

In latinograeca fuit (C 652, 17):

φηγός : fagus, esculus

unde de φαγεῖν cogitavit ille.

4) Gl. 112:

alipilator : ioculator pilae.

'Natum est ridiculum interpretamentum inde quod glossator ignorabat quid esset δρωπακιστής (Philox. 18, 18):

alipilarius : δρωπακιστής'[3]

1) Voces saxonicae magis corruptae esse videntur; cf. § 5.
2) De errore lemmatis infra agetur.
3) Verba Loewii sunt.

Alia exempla adnotationes praebent plurima velut 19, 42, 81, 142, 151, 158, 169, 188 et alia id genus.[1]

Interpretamenta autem latina qui scripsit, eiusdem esse saxonica cum per se probabile est, tum eis exemplis commendatur, in quibus voces saxonicae cum latinis coniunctae sunt. Cf. velut haec:

134. amisarius : *stoeda* et homo fornicator

253. auctoratus : id est graece monomachus, *cempa*, qui·est ab exercitu electus, ubicumque quis congreditur cum uno

122. aleator : *tebleri*, aleae (lusor).

Huc pertinere cuipiam videatur gl. 310

blata : pigmentum *haui blauum*

ubi *flavum* pro *blavum* Oehleri coniectura est.

---

1) Huc spectare videtur Mauricio Schmidt gl. 9:

abactor : fur, minator.

Dubitat enim de Loewii explicatione vocis *minator* et hanc glossam latinograecam fuisse sumit:

abactor : φώρ, ἀπελάτης

ἀπελάτης glossatorem errore pro ἀπειλητής accepisse. Quam coniecturam probarem, si glossa in solo hoc glossario exstaret. At exstat etiam in cod. Vind. quodam sic scripta:

abactor : fulminator

quam glossam ex glossario nominum fluxisse improbabile. Nescio an huc spectent glossae exempla nonnulla

abactor : fur iumentorum

*iumento*ꝝ in *minator* facile abire potuit. Quamquam vix demonstrari poterit, Loewii explicationem ferri non posse. — Huc spectat etiam gl. 727, ubi *praeeminet* pro *perimitur* est Mauricii Schmidt coniectura. Nec errare mihi visus sum glossis 1016 et 1058 simili modo explicatis. Data occasione duas alias glossas tractare liceat. 1. Gl. 79 Loewius obscurissimam esse dicit (*aequoratus* : *qui iurat in mare*). De lemmate cur dubitemus non esse confirmatur hac glossa (Mai VI, 505[a]):

aequorandum : nauigandum

quae quidem frequenter tradita est velut Mutin. XVII H 16 saec. X, alibi. Et *aequorare* : *navigare* in glossis *arabico-latinis* esse testatur De Vit gloss. p. 474[a], qui *aequorare* ex *aequor arare* factum esse conicit; *aequoratus* similiter dicitur ut *cenatus* et alia. Interpretamentum nisi errori deberi censueris interpretis vel *qui fuerat* (vel *iverat*) *in mari* vel similiter corrigas.

2. Mira est glossa 705:

euectio : uexatio

ubi Loewius pro *uexatio* proponit *exportatio*. At *uexatio* est *enectio*: et sic lemma scribendum esse suspicor, quamquam corruptum lemma iam is qui collegit inseruit.

§ 5. Fuisse autem hominem octavi saeculi ex eis quae de vocibus saxonicis mecum communicavit Fridericus Kluge facile tibi persuadebis. Cuius verba integra subiciam:

'Sweet hat in der einleitung zur facsimileausgabe der Epinaler Glofsen über die Erfurter Glofsen vom standpunkt der angelsächsischen sprachgeschichte erschöpfend, aber kurz gehandelt; an seinen resultaten ändert es nichts, dafs ihm die Werdener Glofsen vollständig entgangen sind.

Mag man mit Sweet für den Amplonianus einen deutschen schreiber annemen oder nicht, jedenfalls zeigen A und W spuren einer deutschen hand, die des angls. nicht gerade kundig war; 319 *scar* hat deutschen vocal, das *t* von 5 (*foruerit*), 758 (*gisuetit*) wird deutsch sein. das angls. *p* (w) war dem Abschreiber unbekannt, er las dafür p in *bilypti* gleich *bili-pit* (*biliwit*) '*aequanimus*' (dies mufs dem angls. glossator statt *aequimanus* im sinne gelegen haben); auch angls. *þ* war dem hd. schreiber fremd, er las dafür p in 1047 *placunis* (= got. *þlaqunassus* zu *þlaqus*).

Unzweifelhaft aber hat der hd. schreiber die angls. worte — nach bestem können — treu nach seiner Vorlage widergegeben; die angls. glossen tragen ungetrübt den lautcharakter des angls. in der ersten hälfte des achten jahrhunderts; sie sind älter als die Cambridger Corpus-Christi-Gll. und gehören sicher dem anfang des achten jahrhunderts an. dise ansicht, der Sweet a. a. O. ausdruck gegeben hat, gründet sich auf lautliche kriterien, von denen das *i* (an stelle des späteren *e*) in vor- und nachtonsilben am wesentlichsten ist (cf. 531 *giuisa*, 544 *gised*, 758 *gisuetit*. — 5 *foruerit*, 758 *gisuetit*. — 122. 125 *tebleri*, *tefleri*, 424 *echtheri*. — 123 *tebil*, 844. 845 *sciutil*, 662 *brycil*. — 24 *leubuendi*, 130 *foedils*, 310 *haui*, 312 *byrdistrae*, 559 *cylli*, 1047 *placunis*); dazu kommen die œ in 130 *foedils*, 134 *stoeda*, sowie die darstellung des *y* durch *iu* in 592 *tiurung* und 844. 845 *sciutil*; ferner die doppelschreibungen in 328 *beel*, 366 *raa*, 395 *baar*, 636 *suur*.'

Bene huic saeculo conveniunt infimae latinitatis indicia, quae interpretamenta passim exhibent: cf. *tanantur* 104 et

129,[1] *sciaticus* 475, *culionibus* 748 et alia similia. Ad eundem autem hominem redire videtur adnotatio glossae 217:

aritudo : siccitas; 'apitudo' in exemplo habetur.

Verba 'apitudo . . . habetur' vix intellegi possunt, nisi statuis, hominem illum interpretamenta quidem vertisse, glossarium autem iam antea collectum esse. Accedit quod idem homo tanta stultitia insignis fuit, ut aegre credas eum glossas collegisse et artificiose disposuisse.

§ 6. Compositionis autem artificium optime illustravit Loewius Prodromi pag. 128 sqq., cuius verba exscribam.

'Nomina in hoc glossarium congesta alphabetico quidem ordine composita sunt, sed ita ut praeter duas vel tres ab initio primas litteras etiam terminationum ratio habeatur. Id quod ita esse docebunt hae lemmatum series:

Ampl. p. 272 a 59 sqq. [60 sqq.]	Ampl. p. 293 a 67 sqq. [507 sqq.]	Frag. Werthin. p. 16 a [623 sqq.]
Aedicula	Conpatriota	Diuigena
Aequilibrium	Concha	Dimisoria
Aegrimonium	Conpendia	Diathima
Aevum	Concubia	Dictatura
Aegripumium	Conexa	Disulca
Aedulium	Confugium	Diliquium
Aequamentum	Convivium	Diuerticulum
Aevulus	Congiarium	Diuortium
Aesculus	Consultum	Dipondium
Aedituus	Contubernium	Didragmum
Aeratus	Conpluvium	Dictalium
Aerosus	Conventum	Duplomum[2]
Aedimus	Contidianum	Ductarium
Aestuosus	Conciliabulum	Ducadetum
Aedilicius	Convexum	Ducicadus
Aesculapius	Consponsus	Duplicuarius
Aerumnosus	Concinus	Duriosus
Aevimaturus	Conlibertus	Ductio
Aequorius	Concorporatus	Duplitas

Hinc vides ita collecta esse nomina, ut eaedem terminationes eodem semper ordine sequantur. Habes enim:

---

1) Unde male Oehler coniecit, glossatorem fuisse Francogallum.

2) Hanc seriem minus recte commemoravit Loewe: nam inter *dictalium* et *duplomum* circiter 30 glossae interciderunt. Cf. § 2. Casu igitur fit ut congruant terminationes.

I[1]	II	III	IV
—*a* 14	—*a* 1	—*a* 5	—*a* 5
—*um* 1	—*um* 6	—*um* 10	—*um* 9
	—*us* 12	—*us* 4	—*us* 3
			—*o* 1
			—*as* 1

Unde hanc terminationum legem derivamus: —*a* —*um* —*us*. Quae ut suppleatur et quoad eius, fieri possit integra indagetur, longiorum ordinum rationem habeamus necesse est. Qua in re lemmatum principia supra ponemus et numero singulis terminationibus addito quot eiusdem exitus nomina exstent indicabimus. Stellula lacunam codicis designabit.

	in—	*la*—	*ci*—	*fa*—	*cu*—	*de*—	*ca*—
—a	7	11	6	*	6	*	14
—um	11[2]	4	2	*	2	5	9
—us	38	18	1	11	7[3]	6	23
—o	15	6	4	2	3	17	7[4]
—as	5	2	0	3[5]	0	*	0
—or	8	2	2	5	1	8[6]	7
—er	2	3	1	2	0	0	4
—ur	0	0	1	0	0	0	0
—is	20	5	1	4	3	4	2
—x	1	2	2	2	1		
—ns	4	2					
—en	2						

1) V. lemmata p. 128 exscripta (cacula caluaria camena caecigena catena catenula caecia cata caliga casiua cantilena camaria caventia carnificina carnarium).

2) Obstat p. 342, 32 'ingannatura : sanna.'

3) Obstat 'curriculum' [vel *culleus*].

4) Nimirum p. 291, 54 'cadocatur' in 'caduceator' mutandum est.

5) 'fabeus : sordes aurium' aperte corruptum est.

6) Hoc loco minor lacuna est.

Vides integram terminationum legem esse: —*a* —*um* —*us* —*o* —*as* —*or* —*er* —*ur* —*is* —*x* —*ns* —*en*. Atque in his quidem componendis denuo legem valere animadvertes, si quae coniungenda sunt coniunxeris:

—a	. . . . . prima declinatio
—um —us	. . . secunda declinatio
—o —as —or —er —ur —is —x —ns —en	. . . tertia declinatio

Longius etiam progredi quamvis possimus, non audemus tamen, re admodum lubrica ob concludendi materiae ieiunitatem. Hoc tamen satis certum sit post -*en* terminationem secutam esse -e.'

Ex quibus verbis elucet, grammaticam quandam rationem eum qui composuit secutum esse.

§ 7. Ex lege terminationum modo proposita de fatis glossarioli coniecturam facere possumus. Quoties enim lex illa neglecta est, toties videntur turbae factae esse postquam glossariolum compositum est. Initium faciamas a gl. 712

exulo etc : * * *

Exstat inter —*um* et —*us* : accedit quod verbum in meris nominibus suspectum est : nec illud *etc* suspicione caret. Itaque non dubito quin haec glossa interpolationi debeatur. Ab hac autem glossa profecti etiam 978 removebimus, quae una cum 979 invecta esse videtur. Nam et singularis est 979 et ordinem turbat. De traiectione minus commode cogitabis. Removenda denique glossa

adisse : intrasse

quam solus A post 38 exhibet alia manu scriptam : quamquam etiam W eam habuisse videtur. Nam haec quoque glossa legem violat.

Ad interpolationem refero etiam has glossas certo quodam vinculo coniunctas:

221. Aruncus : deus fugae

quae legem non servat et recte traditur gl. 253:

Auruncus : deus fugae.

Qui interpolavit, duas primas respexit litteras, terminationem neglexit. Eodem spectat gl. 105 quae cum 106 sic conglutinata est:

albunea : albor
aluido : alua uisio

Infra quoniam *albor* : *albedo* redit (120), Loewius interpretamentis mutatis scribit:

albunea : alua uisio
aluido : albor

'alua uisio' autem comparatis Philoxeno 13, 1 *Albunea* : Λευκοθέα et Cyrillo 527, 45 Λευκοθέα : *Albunea*, *Mater Matuta* vides miserrime translatum esse ex vocabulo, cuius exitus ad θεᾶcθαι pertinere videbatur. Itaque cum 120 lex servata sit, hoc loco neglecta, glossam 106 ex 120 natam esse recte Loewius coniecit. — Tertium exemplum est gl. 143:

alacer : prompto animo valens

cf. gl. 125 et Loewii adnotatio : quamquam res paullo aliter comparata est. — Simile huius quartum exemplum est gl. 1082:

laticlauum : latum circum s ... um

cf. 1056 et ipsa corrupta:

lacticlavis : latum atrium

Quomodo interpretamentum scribendum sit, nondum scio. — Quintum exemplum est gl. 878:

ingannatura : sanna

quae et legem turbat et sui similem habet legem non turbantem (599)

desannatio : ingannatura

Cf. *alvido* et *albor*. — Sextum exemplum videtur esse 755:

fetis : semen annimalium

quae legem turbat et similem habet hanc (750):

feta : semen animalium

Gl. 233 = 217, 36 = 46, 37 = 50, 107 = 735 aliter comparatae infra tractabuntur.

De reliquis glossis quae ordinem turbant, lubricum iudicium est: pleraeque loco motae esse videntur, ut 101, 123, 136, 234[1], 266, 287[2], 330, 418, 768, 982, 985, 1064. Magis turbatae sunt gl. 400 sqq., 487 sqq.

§ 8. Eiusdem glossae duplex memoria saepius in his glossis invenitur: quinque quae sequntur exempla ab eo profecta esse videntur qui glossarium composuit.

1) Gl. 36:

adsertus : carpens fructus

et 46:

adsertor : collector

2) Gl. 37:

aduocatus : defensor

et 50:

aduocator[3] : adiutor

3) Gl. 233:

aspriduto : siccitas

et 217:

aritudo : siccitas

4) Gl. 1007:

larba : portentum, diabulus

et 1008:

larva : simulacrum

5) Gl. 107:

albea : sordes aurium

et 735:

fabeus : sordes aurium

'ubi num forte exquisitum aliquod vocabulum eiusdem atque nostrum *Ohrenschmalz* significationis lateat nescio. Fortasse ita mecum emendabis: altero loco *fabeus* ex lege terminationum mutandum in *fabeas*, ubi *s* in fine nescio quo casu addita est. Habes *fabea* ut supra *albea.* Iam *e* post *a* posita scribe *fabae* : *sordes ovium.* Simili modo Plinius de 'fimi caprini fabis' loquitur. Qui facilius coniecerit, ei assentiri non dubitabo: facilius autem non est

fab[*a uitr*]*ea* : *ornamentum aurium*

---

1) *As unum* M. Schmidt.

2) Unci errore relicti sunt; itaque delendi.

3) Quamquam advocator simili sententia exstitisse videtur: cf. Rönsch p. 60.

duce Petronio c. 67 p. 43, 17; *ut tibi emerem fabam vitream. plane si filiam haberem, auriculas illi praeciderem.'* Haec Loewius. Omnia haec exempla cum lege congruunt, ut procul habenda sit interpolationis suspicio. Facilius conicias, ex duobus fontibus materiem glossarioli esse conlectam. Quam coniecturam etiam haec glossa firmat (1011):

lauta : habundantia

conlata cum 1024:

lautus : largus munificus[1]

Corrupta lemmata non rara sunt: cf. 285 *bafer* pro *afer*;[2] 149 *anxicia* pro *axitiosa,* 131 *amusa,* alia.

§ 9. Glossarium nominum quamquam multa communia habet cum Philoxeno et Cyrillo — ut taceam de minoribus lexicis bilinguibus — tamen nec ex Philoxeno nec ex Cyrillo[3] haustum nec ex Philoxeno Cyrilloque conglutinatum est. Cum Philoxeno haud paucae glossae conveniunt, item cum Philoxeno Cyrilloque, multo tamen plures cum solo Cyrillo. Neque eorum numerus exiguus est, quae a bilinguibus nostris prorsus absunt, velut 20, 26, 51, 60, 73, 95, 114, 128, 130, 141, 144, 149, 160, 168, 169, 190,

1) Huc spectare potest gl. 298:

bermix : uermis

conlata cum 319:

bombix : uermis, qui a sono uocis nomen accepit.

Quamquam dubitari posse scio. Idem valet de 409 = 398; 3 = 15; 16 = 13.

2) Ita 409 in *carpester* latere putat Loewius *pueraster.* Similia etiam in aliis glossariis facta sunt. Sic cod. Leid. 67 E *iabes* pro *labes* habet sub *i*; Mai VI, 537 *Ovasiolus* : *puer lenonis sic dicitur* ex *fariolus.* Ne Placidus quidem talibus erroribus prorsus liber est. Aliud exemplum Loewius praebet infra p. 106. Memorabili consensu simili modo explicuerunt F. Schoell et M. Schmidt corruptam glossam 1021:

lammeum : tincturi creoci

in qua *flammeum* latere suspicantur. Quamquam res incerta est.

3) Glossae Cyrilli ex latino-graecis cum prodierint, lemmata autem unius vocabuli esse soleant, multitudo interpretamentorum sic explicanda esse videtur, ut varia glossaria materiem praebuisse sumas. Sic apud Cyrillum est

ἀπαρνητής : abnegator, denegator

quae glossa ex his derivanda est:

abnegator : ἀπαρητής
denegator : ἀπαρητής

Cf. gl. nom 11: abnegator : negator. Et ita saepissime.

211, 214 aliae multae. Qua re accurate perpensa vix fieri poterit, quin de communibus fontibus cogites, ex quibus ut huius glossarii ita bilinguium copiae derivatae sint. Quod si verum est, suspicandum est, non modo glossas nominum ex Cyrillo Philoxenove, verum etiam bilinguia ex glossario nominum hic illic emendari posse. Nec falsa est haec suspicio: quamquam pauca exempla sunt. 1) Gl. 126:

almities : pulchritudo

Philox. 13, 58:

almetes : κάλλος ἀνατροφῆς.

Illud verum est. — 2) Gl. 889:

insigniarius : qui militibus armaturam providet

Cyr. 557, 39:

ὁπλοπάροχος : insignarius, armiger

Insigniarius bona forma est: cf. *retiarius* et similia. —

3) Gl. 901 (cf. 938):

infrunitus : insipiens etc.

Cyr. 385, 1:

ἀπειράγαθος : infirmatus

quamquam nonnulli libri verum exhibent. — 4) Gl. 55:

adclinis : inclinatum, iacens

Philox. 6, 16:

adcliuis : προσκλινής

Cf. adnot. — 5) Gl. 698:

erctus scitus : * * *

de qua Loewius nil adnotavit. Spectat huc C 426, 36

διαίρεσις ὑπαρχόντων : hercicitus

ubi Vallicellanus *herciscitus* (*s* post *i* man. 1 ex *c*), *herciscitus* Sangallensis Du Cangii, *harcescitus* (m. 2) ex *arcessitus tus* (man. 1) Escurialensis[1] exhibent. Ex Cyrilli scriptura *herciscitus* elicuerunt *hercti citus.*[2] At comparato Paullo Festi p. 82, 16 (erctum citum [que] fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur e. q. s.; unde pendent gl. Sal. in

1) Non satis plana sunt quae M. Voigt 'die XII Tafeln' (Leipzig 1883) vol. II p. 511 adn. 15 de hac re congessit.

2) *hercticitus* ut *aquaeductus* Corsseni coniectura est Krit. Beitr. p. 41. Cf. quae disputat Sophus Bugge Fleckeiseni Nov. annal. vol. 105 (a. 1872) p. 95. Apud Paulum verba corrupta sunt: potest etiam *erctum* (velut *erctum citum dicebant antiqui qui*) accusativus ibi esse.

altero glossario) apparet pro substantivo fuisse *erctum citum* et divisionem significasse. Quare ut in glossario nominum est *erctus citus*, ita eandem formam in Cyrilli scriptura depravata latere suspicor: est alia nominativi forma quae utrum vera an falsa sit nescitur. Sic iam Vulcanius in notis (Scaliger?) locum Cyrilli correxit. Quae correctio si vera est, emendatam scripturam glossarium nominum, corruptam Cyrillus habet. His exemplis alia quaedam levioris momenti addi poterunt.

§ 10. Ex eis quae exposui elucet, ne eorum quidem vocabulorum quae deficiunt in CP, exstant in solo hoc glossario, fidem posse temere attemptari. Solum habet glossarium nominum velut *amputator* (141); *anilius* (164); *arboracea* (? 195); *arbiterium* (199, ubi conferatur adnotatio); *arquamentum* (205); *asciamallia* (226)[1] *clandarius* (457); *delictio* (607); *educatarius* (? 649); *extergimentarium* (708); *fabellator* (737); *fallator* (741); *festinitas* (761); *galgulus* (813); *imperantia* (855); *lendix* (1080), ut omittam alia. Glossae nonnullae rarissimae, quae desunt in CP, etiam aliis glossariis confirmantur: ita *alers* (128) est in gloss. 'abavus' et in glossis 'a a'[2]; *asisua* (224) confirmat Plac. p. 10, 19; *auctoratus* (254) firmatur glossario 'abavus'; *arcera* (190) est apud Plac. 10, 9. Gravissimum autem est quod hoc glossarium vinculo quodam coniunctum est cum eis glossariis, quae Martyrius, grammaticus quarti vel quinti saeculi, inspexit.[3] Is enim cum exempla haud pauca ex glossariis illius temporis peteret, nonnulla eisdem verbis interpretatus est atque bilinguia glossaria, quibus nos utimur; 'alia autem tradidit ignota Philoxeno ut *battuatores* τοὺϲ βαϲανιϲτάϲ coniunctos cum *battualibus*, unde pugnae nomen posterior aetas deduxit.'[4] Idem vocabulum in glossis nominum est (283):

batuator : cibator, farinae et similae collector

1) Dubito an non recte 'dvandva' compositum dicat Loewius.

2) Eiusdem glossarii est glossa: *axitiosae* : *conciliatrices dicit* (*anxitiosire consolatrices dicit*).

3) Cf. quae de hac re disputavit F. Buecheler Mus. Rhen. vol. 34. (a. 1880) p. 69 sqq.

4) Verba Buecheleri sunt.

ubi interpretamentum aut aliunde petitum est aut nescio cui errori interpretis debetur. Simile exemplum est gl. 271:

bammum : acetum garo mixtum.

Cf. Mart 174, 9: 'bam et vocalibus aliis intervenientibus in prima syllaba nullius nominis enuntiari cognovi, nisi in glossematibus bamma ὀξύγαρον atque bambalo ὁ ψελλιστής, quae per b mutam scribuntur.' *bambalo* est 279; exstat apud Cyrillum: at neque Cyrillus neque Philoxenus *bammum* habent; haec enim forma 'cum etiam in P codice Martyrii sit praeferenda esse videtur. Ac ne credas, auctorem glossarioli ex Martyrii libro pendere, gl. 289 impedit:

bessum : perfectum

ubi Martyrius cum Philoxeno *bissum* praebet; *bessum* vulgaris forma est. Hausit igitur homo qui glossas nominum composuit, ex fontibus optimis nec lemmata eius neglegi possunt. Quamquam errores inmixti sunt non pauci, quorum alii ad auctorem, alii ad fontes referendi sunt; nec desunt eiusmodi errores, ubi iure dubites, utrum fonti an scriptori an librario debeantur. De singulis accuratius agere hoc quidem loco nolo.[1]

Praeter glossas nominum continentur hoc volumine minora opuscula quae Loewius de hoc litterarum genere condidit. Exclusa sunt quae in praefationibus adnotationibus-

1) Id modo commemoro triplicem esse materiem glossarii: partem pendere ex glossariis antiquissimis quae mere latina erant, partem esse ex scriptorum locis derivandam diversi temporis, partem denique ad linguam rusticam spectare. Idem fere de Philoxeni glossis valere consentaneum est, id quod ita esse accuratius alio tempore demonstrabo. — Quae de glossario nominum disputavi, demonstrant, probari vix posse sententiam quam de glossario codicis Harleiani 3376 saec. X et tribus Amplonianis proposuit Carolus Krumbacher in Archii Wölffliniani vol. I p. 151: quattuor glossaria ex eodem fonte antiquissimo et uberiore fluxisse; immo si vera sunt quae ille de hoc glossario disputat, ex Amplonianis aliisque glossariis novum esse factum conicias. At ea quae ex eodem codice excerpsit Th. Wright (cf. Anglo-Saxon and old english vocabularies. second edition by R. P. Wülcker vol. I p. 194 sqq.) admodum dissimilia sunt eorum quae in Amplonianis exstant. Et voces saxonicas decimi saeculi esse ex eodem libro cognosces.

que comoediarum Plautinarum exposita sunt, itemque adnotatiunculae quaedam in aliorum libris dispersae. In quibus opusculis exprimendis nihil curavi, nisi ut quam accuratissime quae edita essent typis iterum exscriberentur. Pauculos quosdam typothetarum errores correxi aliaque emendavi, in quibus certa et aperta dubitandi causa esset. Denique adnotavi quae in promptu erant quaeque incommode desideratum iri putavi. Qua in re me usum esse Friderici Schoellii mei auxilio gratissimo animo commemoro. — Continentur autem hoc volumine commentationes haece:

Dabam Ienae m. Iulio a. MDCCCLXXXIV.

GLOSSAE NOMINVM

SIGLORVM INDEX.

A codex Amplonianae quae Erfurti est bibliothecae saec. IX scriptus (cf. Prodromum p. 112 sqq.).

W codex monasterii Werthinensis ad Ruram olim, nunc vero sive deperditus sive occultatus, scriptus is quidem ut Deycksio visum saec. fere XI (Pr. p. 126 sqq.).

C Cyrilli quae vocantur glossae (Pr. p. 210 sqq.).
E Excerpta Stephani (Pr. p. 202 sqq.).
P Philoxeni glossarium (Pr. p. 180 sqq.).
} post Stephanum denuo edita in B. Vulcanii Thesauro utriusque linguae (Lugduni Bat. a. 1600).

S Servii glossae in Labbaei corpore iteratae (Pr. p. 200 sqq.).

A.

Absonum : sine sono
absolutivum : voluntaria dimissio famuli
abavus : tertius pater
abigeus : latro
abusus : *foruerit*
ablegatio : legatio
aborigo : inde origo
abnormitas : amaritudo
abactor : fur, minator
absimilis : dissimilis

A *et reliquas litteras me praefixisse codices non secutum semel moneo* | NUNC ALIAE XUI *(vel* XIII*)* EXIGUAE SECUNTUR *in titulo A* | 1—10 *om. W* | 4. abigeius *A* | 9. abauctor *A* | 11. *incipit W, titulo nullo ut in fragmento*

---

1. P 3, 27 *absonum* **:** *ἀνάρμοστον* | 2. *absolutivus* apud grammaticos opponitur *relativus* voci; lemma glossae ex *absolutio* = *ἀπόλυσις*, *ἀπόδοσις* (P 3, 11) vel absolutio . . ., *ἀπόλυσις* (C 389, 55) mutatum videtur | 3. cf. P 1, 10; S *abavus* **:** *ἀπόπαππος*; infra 15 | 4. C 385, 11 *ἀπελάτης* **:** *abigeus* (item P 1, 36); cf. infra 9. *latro* scil. *pecoris* | 5. C 393, 52 *ἀπόχρησις* **:** *abusus, abusio*, S *abusus* **:** *ἀπόχρησις*: participium interpretatur Philoxenus p. 4, 9. ceterum cf. Henrici Leo 'Angelsächsisches Glossar' Halae a. 1872 ed. p. 83, 54 | 6. C 391, 15 *ablegatio* **:** *ἀποπομπή* | 7. C 403, 56 *αὐτόχθων* **:** *aborigo, indigena, patricius* (sic enim scribendum). *inde origo* male translatum potius quam ex *indegena* vel *indegenitus* (ut Hildebrandus proponit ad Gloss. Paris. p. 2a) corruptum videtur | 8. C 397, 43 *ἀρυθμία* **:** *abnormitas, enormitas.* pro *amaritudo* coniecerit fortasse quispiam *enormitudo* scribendum: at praestat *abnormitas* **:** [*enormitas, amaritas* **:**] *amaritudo*; cf. P 14, 46 *amaritas* **:** *πικρία γεύσεως* et infra 20/21 in A contractas: quamquam error glossatoris est, non librariorum: *am-* enim ab *ab-* alienum | 9. sic Prodr. p. 163 emendavimus Vindobonensem Crameri glossam *abactor* **:** *fulminator.* P 1, 41 *abigeator* (sic em.), *abactor* **:** *ἀπελάτης. minator* est 'der das Vieh wegtreibt' | 10. C 378, 19 *ἀνόμοιος* **:** *absimilis*, *dissimilis.* glossa non suo loco posita (ut terminationum lex docet) videtur undecimam olim secuta esse

abnegator : negator
abnormis : innumerabilis
abstemis : aquae potator
abies : genus palmae fructiferae
abans : avus
abstemius : vino parcens
abrogans : superbus
abdumen : ilium
aculea : clavis stimulus
accubitorium : lectum regalem
acrimonium : amaritudo
accuratus : cura sanitas

---

11. abnegatur *A* | 13. aque *W* | 14. fructifere *A* | 16. abstenuus *A* | 19. abulea *W* | 20/21. accubitorium : amaritudo *A*

---

11. C 384, 6 ἀπαρνητής : *abnegator, denegator* | 12. C 397, 45 ἄρυθμος : *abnormis, enormis.* cf. infra *enormis : sine numero, sine mensura* | 13. C 642, 39 ὑδροπότης : *aquae potor, abstenus,* ubi Vulcanius notarum p. 88, 47 et Du Cangius castigationum p. 207 b *abstemius* corrigunt, scribendum potius hac glossa et Du Cangii cod. Sangermanensi ducibus *abstemis* itemque cum eisdem C 547, 34 νηφάλαιος, ὁ ἀπέχων οἶνον : *abstenis, sobrius. abstemius* vulgus in *abstemis* contrahebat: cf. Prodr. p. 420. *abstinus* Hildebrandianum (ad gloss. Paris. p. 2a) nihili esse videtur | 14. obscura; neque enim huc facere patet P 1, 38 *abies* : ἐλάτη et C 451, 56 ἐλάτη, δένδρον : *abies.* 'fructifera' sane pinus est | 15. *abavus* Oehler, Deycksius: iam corruptum lemma inseruit collector; *abans* fortasse ex *abaus* explicandum, *v* vulgariter extrita. cf. supra 3 | 16. cf. P 3, 37 *abstemius* : ὁ μὴ μετέχων οἶνον et supra 13 | 17. P 2, 37 *abrogans* : ἀλαζών, ὑπερόπτης. contra *abrogans* : *humilis* frequens in mere latinis. num forte in fonte bilinguium *abrogans* errore scriptum fuerat pro *adrogans*? | 18. C 526, 19 λαπάρα : *hoc abdumen,* item Charisius p. 38, 9 K. et Idiom. gen. (Gr. l. IV p. 582, 30 K.) *abdumen* λαπάρα. cum *ilium* nominativo cf. *ilio* (Serv.) et *iliis* (Cels.) | 19. *aculea* licet terminationum lege defendatur, tamen ex *aculeus* corruptum videtur (nisi forte ex *aculeum*, quod vulgariter in usu fuerit optimeque cum lege concinit), item *clavis* ex *clavus.* mirum sane quod ex bilinguibus nihil huc spectat nisi C 513, 22 κέντρον κηφῆνος : *aculeus,* quod *clavi stimulus* verterit glossographus, pro ape usus eo vocabulo, quod apud Plinium abortum apium significat. ceterum cf. infra *equileus* : *stimulus* | 20. *accubitorium* ex inscriptionibus (Orelli 4511. C. I. L. VIII 9586) solis notum, ubi notio paullulum discrepat. in interpretamento scribe *regale*, quoniam nominative exhibentur omnes glossae et *lectum* forma alibi quoque (Ulpian. Dig. 32, 1, 52, 9; 34, 2, 19, 8; Stephani excerpta p. 328, 33 *lectum* : κλίνη) exstat | 21. C 580, 4 πικρία : *amaritia, amaritudo, acrimonium* et 438, 7 δριμύτης : *acrimonium, acerbitas* | 22. C 579, 15 πεφροντισμένος : *accuratus.* interpretamentum *cura sanatus* scripsi Prodr.

activus : actualis
acinus : folliculus botri
accusus : conlisus, vulneratus
acritas : in bono et in malo sagacitas
actor : negotiator
acceptor : avis et homo rapiens
acumen : acies
adasa : prae senectute sterelis
adoletum : victimarum bustum
adytum : absconsum, obscurum
adventicius : nuper adveniens
adfectuosus : amabilis, *leubuendi* saxonice
adoriosus : qui praemium ex pugna accipit
adsertus : carpens fructus

---

26. accritus *et* sugatitas *A* | 27. negotiator *ex* negotiatur *A* | 28. acceptator *W* sapiens *A* | 29. *om. W* accumen *A* | 30. ad. asa *W* pro senectute *A*, per senectutem *W* | 31. uictimatum *A* | 34. lebuendi *A* sax̄. *AW* | 36. carpes *A*

---

p. 127 | 23. C 456, 53 ἐνεργητικός : *efficax*, *activus* | 24. *acinus* esse solet 'Weinbeere' (C 604, 6 ῥώξ : *acinus, acina*, P 12, 19 *acinus* : ῥώξ), cum hic explicetur 'Weinbeerschale': 'Weinbeerkern' in glossis Servii (= Idiom. gen. p. 578, 26) *acinus* : γίγαρτον et Ambrosiana Prodr. p. 431 sq. *acilli* (quod deminutivum mera corruptela ex *acini* natum esse potest) *id est grana vel semina uvarum.* satis frequens in posterioris latinitatis fontibus illud *botrus* | 25. *accisus* Deycksius conicit (alienum videtur P 11, 46 *accisus* : ἐψιλωμένος), de *attusus* quispiam cogitaverit: at praestabit servare *accusus* ab accudendo formatum (cf. *allidere, accīdere, attundere*), quamquam longe aliter eo verbo usus est Plautus Merc. 432 *tres minas accudere etiam possum* | 26. *acritas* e solo Accio v. 467 R.[2] *veritatis vis atque acritas* testantur lexicographi | 27. P 12, 36 *actor* : πραγματευτής | 28. *accipiter* Oehler, male illud: P 11, 21 *acceptor* : ἱέραξ, δοχεύς. adde Charis. p. 98, 9. suspectum est mihi *rapiens*, quod ex *accipiens* corruptum sit: cf. Philoxeni δοχεύς et C 528, 9 λήπτης : *acceptor* | 29. C 557, 12 ὀξύτης : *acumen* et aliae | 30. male Deycksio *adesa* scribendum et Roenschio Mus. Rhen. XXXI (a. 1876) p. 457 hebraicum esse videtur: *adasia* emendandum collatis *adasia* : *ovis vetula recentis partus* (Festus Pauli p. 12, 13) et *adasia* : *ovis maior natu quae peperit* (Prodr. p. 100 adn.) | 31. C 554, 18 ὁλόκαυστον : *adolitum* | 32. C 367, 39 ἄδυτον : *adytum* | 33. C 465, 55 ἔπηλυς : *advena, adventicius* | 34. C 619, 52 συμπαθής : *adfectuosus*, 477, 1 ἐνδιάθετος : *adfectuosus* | 35. P 6, 26 *adoriosus* : ἔνδοξος, ὡς Πομπήϊος: cf. Prodr. p. 194 | 36. scribe *adsertor*: P 7, 16 *adsertor* : καρπιστής, C 503, 4 καρπιστής : *adsertor, vindex*; cf. infra gl. 39. 46 et de insigni errore supra in praefatione.

advocatus : defensor
adamaturius : puellarum amator
adsertio : collectio
adfectatio : studium
aderatio : adiectio ad pretium militibus pro stipendio datum
adagio : prima species
adlectatio : lectio cum magistro
adfinitas : consanguinitas
addensator : accutus in ambulando
adsertor : collector
adsectator : sequister
ador : spelta

---

38. adamatarius *W* | *post* 38 *in A alia manus inseruit* adisse : intrasse, *quod cur omnino hinc alienum sit dixi Prodr. p. 128* | 39. *om. W* | 40/41. *ita A:* adfectatio (ta *supra versum)* : studium, adfectio : adiectio, aderatio : datum pretium militibus pro stipendiis *et W:* adfectio : adiectio ad pretium militibus pro stipendis, aderatio : datum | 43. lecto *A*, laeti *W* | 44. cumsanguinitas *W* | 45. inambulañ *A*, inambulando *W* | 48. spelto *ex* splelta *A*

---

37. compluriens apud P et C; cf. infra 50 | 38. P 5, 55 *adamatorius* : ἐρωτικός, cf. infra 53. 137; *amatorius* pro *amator* sicut *nugatorius* pro *nugator* et similia | 39. P 7, 17 *adsertio* : καρπιστία: cf. supra 36 et infra 46 | 40/41 sic conformandas duxi glossas in utroque fonte admodum turbatas; neque enim ita ut in alterutro scriptae sunt ad eum qui transtulit et collegit redire possunt | 40. P et C frequentius | 41. P 5, 57 *adaeratio* : ἐξαργυρισμός itemque Servii glossa; *stipendio* scripsi, quod *stipendis* in W est, quamquam non obloquar, si quis *stipendiis* praetulerit. *adaeratio* iureconsultorum terminus | 42. P 6, 2 *adagio* : παροιμία, C 571, 37 παροιμία : *proverbium, adagio.* non intellexisse videtur glossographus παροιμία | 43. *lectio* in codd. corruptela latet: lemma ex *adlectio* contrario mendo factum esse atque supra 40 in W *adfectio* ex *adfectatio* docet C 568, 36 παρανάγνωσις : *adlectio,* ubi παρανάγνωσις vide num nihil sit nisi error glossatoris (cf. lexica s. v.) | 44. P 5, 43 *adfinitas* : συγγένεια: cf. C 366, 12 | 45. P 4, 43 *addensantor* : ἀξυποδήτης, ubi dudum Scaliger *addensator* : ὀξυποδήτης (quod confirmat haec glossa); ad Scaligerum enim non dubito quin redeat docta Vulcanii adnotatio 'notarum' p. 3, 58 sqq., qua de ratione cf. Prodr. p. 183 sq. idem iam contulit C 557, 3 ὀξυποδία : *acupedium, addensatio* et 4 ὀξυποδῶ : *addenso, denso.* eodem modo emendarunt Salmasius ad hist. Aug. p. 246 et qui de addensandi verbo nuperrime egit Hermannus Roensch in Diurn. Gymn. Austr. 1879 p. 811 | 46. cf. supra 36 | 47. cf. P 7, 38; de 'sequ*i*ster' Prodr. p. 291 | 48. *ador* non rarum apud C; *spelta* voce velut Hieronymus usus est

adventor : praepositus operatorum, bonus dispensator
50 advocator : adiutor
adiector : adiunctor
adulterator : adulter et qui numisma inlegale cudit
adamator : puellarum amator
adclivis : arduum
55 adclinis : inclinatum iacens
adfinis : parens vel prope manens
adulteratrix : adultera
adligamen :. ligatura
adferial : aqua qua mortuus lavatur
60 aedicula : aedis diminutive
aequilibrium : aequa pensatio
aegrimonium : aegritudo
aevum : saeculum
aegripumium : auctumnus
65 aedulium : esca

---

49. *om. W* operum, rato *supra* ru *scripto A* | 52. adulcerator *A* nummisma *A* | 59. labatur *A* | 60. diminu *A*, diminutiuum *W* | 61. aequaelibrium *A* | 64. aegripunium autumnus *A*

---

49. P 8, 16 *adventor* : *ἐργοδότης*; diversae significationis testimonia vide in lexicis | 50. scr. *advocatus*; cf. supra 37 | 51. frustra quaesivi | 52. Servii glossa *adulterator* : *παραχαράκτης*; cf. Digestorum locos in lexicis excitatos | 53. C 475, 27 *ἐρωτικός* : *adamator*; cf. supra 38 | 54. P 6, 13 *adclive* : *ἐπιῤῥεπῶς ἐπαρθέν, ὑψηλόν*; glossator qua fuit neglegentia lemma mutasse videtur, interpretamentum non item: vel potius *arduus* scribendum, ut spectet ad C 593, 43 *προσάντης* : *adclivis* et *arduum* accommodatum sit vel ad supra (*puellarum*) vel ad infra (*inclinatum*) scriptum vocabulum | 55. P 6, 16 *adclivis* : *προσκεκλιμένος*, ubi Salmasium ad hist. Aug. p. 452 recte scripsisse *adclinis* etiam haec glossa docet; idem restitue in excerptis p. 303, 16 *adcliuis* : *προσκλινής* | 56. complures huc faciunt glossae; *manens* est *habitans* | 57. Servii glossa: *adulteratrix* : *μοιχαλίς* | 58. C 387, 25 *ἀπόδεσμος* : *alligamen* | 59. C 642, 48 *ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον* : *adferial*; correxi Prodr. p. 127 *aqua quae mortuis libatur,* fortasse ipsum qui transtulit emendans | 60. nihil novi quod comparari possit; neque enim quemquam Onomastico tamquam fonte genuino usurum esse spero post ea quae disputavi Prodr. p. 194 sqq. | 61. P 10, 31 *aequilibrium* : *ἰσοσταθμία* | 62. P 10, 10 *aegrimonium* : *ἀῤῥωστία*, Servii glossa *aegrimonium* : *ἀσθένεια* | 63. P 10, 53 *aevum* : *αἰώνιον, αἰών* | 64. alibi *agripomium*: C 652, 29 *φθεινόπωρον* : *autumnum, agriponuum. pluralia non habent,* ubi Vulcanius notarum p. 90, 7 *φθινόπωρον* : *agripomium,* atque *aegripomium* nostrum Sangermanensis Du Cangii castigationum p. 209 a | 65. C 414, 13

aequamentum : aequalitas
aevulus : mineum
aesculus : vorax
aedituus : templi vel aedis minister
aeratus : aere superductus
aerosus : aeramen magnae molis
aedimus : inflatus
aestuosus : aestuans satis
aedilicius : publicae legis gnarus
Aesculapius : nomen proprium cuiusdam medici
aerumnosus : miser, querulus
aevi maturus : satis senex
aequoreus : marinus
aequoratus : qui iurat in mare
aequimanus : *bilypti* saxonice
aerugo : aeraminis venenum
aeneator : tubarum factor

66. aequanimitas *pro* aequamentum *W* | 69. aeditus *A* edis *A* | 70/71. *om.* *W* | 71. aremen *A* | 73. ęstu lassatus *pro* aestuans satis *A* | 74. adilicius publicę legis grargs *A* | 76. quaerulus *A* | 77. aeuimaturus *A* senix *A* | 78. aequorius *A* | 80. bylipti *A* sax̄. *AW* | 81. eraminis *AW* uenerium *W*, uenerum *A*

edulium : βρώσιμον | 66. Servii glossa *aequamentum* : ἰσότης | 67. cf. P 82, 48; *ebulus* recte Deycksius, qui confert Verg. Ecl. X, 27 *sanguineis ebulį bacis minioque rubentem* | 68. C 652, 17 φηγός : *fagus, esculus*: cf. supra in praefatione | 69. C 547, 6 νεωκόρος : *edituus,* cf. P 10, 6 *aeditilis* : νεωκόρος | 71. *aeramen* pro aere in his glossis poni solet (cf. 81): in fine addendum videtur *habens* | 72. P 10, 16 *aemidus* : πεφυσημένος, unde corrige. de *aemidus* voce v. Prodr. p. 99 sq. | 73. Hildebrandus ad Gloss. Paris. p. 5 b cum A solum nosset pro *estu lassatus* proposuit *aestu quassatus* | 74. C 365, 15 ἀγορανόμος : *edilicius, edilis*: cf. supra in praefatione et infra gl. 84 | 75. C 399, 18 Ἀσκληπιός : *Aesculapius* | 76. C 544, 4 μοχθηρός : *erumnosus, laborosus*: cf. C 401, 44 | 77. C 416, 46 γέρων : *evi maturus, senex* | 79. obscurissima: *eiulator* : *qui eiulat inmane* de medela desperantis est coniectura; num ad *eiurare* lemma torquendum? quamquam *aequoratus* et *mare* qui servaverit maxima cum specie veri emendabit | 80. lacuna in C, ubi ἀμφιδέξιος : *aequimanus* exspectaveris: at in codicis Escorialensis Σ I 12 saec. XV supplemento non magis exstat | 81. C 495, 54 ἰὸς χαλκοῦ : *erugo*, item P 10, 42, Servii glossa, Idiom. gen. p. 576, 21: ἰὸς translator non intellexit esse 'Rost' (quod venenum nusquam videtur significare), non 'Gift', sicut infra *ferrugo* : *venenum ex ferro* | 82. P 10, 18 *aeneator* : σαλπικτής: *tubarum factor,* quod in *tubarum cantor* corrigit Hildebrandus

aesculator : aeris elector
aedilis : publicus
aedis : templum
aequidialis : aequinoctium
aequilibris : aequaliter pensans
aedilis : saginatus
aequidies : aequinoctium
aereflos : pigmentum nigrum quoddam
afaber : magister
agrippa : pede natus
agnatus : propinquus
agaso : domatio extractoria
agrestas : rusticitas
agitator : auriga
agrimensor : geometricum genus est
ager : villa

83. aescolator eris *A* | 86. aquidialis *A* | 87. etqualiter *A* | 89. aquidies *A* | 90. aedreflos *A* quondam *A* | 94. domatio et tractoria *A* | 97. agrimensor orgeometricus *A*

---

ad Glossar. Parisinum p. 5b, male translatum, non corruptum est | 83. P 10, 56 *aesculator* : *χαλκολόγος*, C 657, 25 *χαλκολόγος* : *nummularius*, *aesculator*: *elector* factum videtur e *ɔlector* = *conlector*. ceterum *aeruscator* apud Philoxenum Cujacius (cf. Festum Pauli p. 24, 7; Placidum p. 11, 7; Gellium IX, 2, 8 et XIV, 1, 2): at cf. C 657, 27 *χαλκολογῶ* : *aesculor* | 84. velut C 365, 15 *ἀγορανόμος* : *edilicius, edilis*; interpretamentum truncatum; cf. supra 74 | 85. C 545, 50 *ναός* : *templum, aedis* | 86. C 496, 36 *equidialis* : *ἰσημερινός*, P 10, 30 *aequidialis* : *ἰσήμερος*: glossator *ἰσημερία* vertit; nisi potius *aequidiale* : *aequinoctium* scribendum duce Festo Pauli p. 24, 5 | 87. C 496, 41 *ἰσόῤῥοπος* : *equilibris* | 88. *altilis* correxit Oehler: cf. infra 130 | 89. C 496, 32 *ἰσημερία* : *equa dies*, unde emenda | 90. P 10, 40 *aeris flos* : *χάλκανθος*, item C 657, 15, unde corrige | 91. C 458, 50 *ἐντεχνής* : *adfaber*, unde corrige | 92. P 9, 56 *agrippa* : *ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς*; post *agrippa* facile potuit intercidere *a* | 93. C 616, 43 *συγγενής* : *adgnatus* | 94. omnino non intellego. in bilinguibus P 9, 27 *ageso* : *δοῦλος κτηνεσσια* (ubi Scaliger *δ. ἐπὶ κτήνεσιν ἀεὶ παραμένων*, supplens ex ea quae sequitur: *agear* : *παραμένων καὶ πάροδος πλοίου*); C 468, 26 *ἐπικτηνίτης* : *iumentarius, agaso*; C 496, 19 *ἱπποκόμος* : *agaso, equilio*: num ad *domatio* emendandum facit glossa mere latina velut in 'abavus' glossario tradita *agaso* : *domesticus*? | 95. *agrestas* nusquam reperio | 96. C 487, 13 *ἡνίοχος* : *auriga, agitator* | 97. P 9, 47 *agrimensor* : *γεωμέτρης*, item C 416, 55: num in interpretamento scribendum *geometricus graecum est*? | 98. S *ager* : *κώμη*

agger : terra
agens : egens
agellus : ager diminutive
Aiax : proprium nomen viri, dicax
alga : herba marina, *uar*
aluta : locus, ubi pelles in calce pilantur et tanantur
albunea : albor
alvido : alva visio
albea : sordes aurium
algidus : male infrigidatus
albatus : albus factus
alerius : bonus alumnus
altellus : altus diminutive
alipilarius : ioculator pilae
altocinctus : superius cinctus
allectus : consuetus
alvus : venter

101/102. *om. W* | 101. diminu *A* | 104. lucus *A* et] uel *A* | 106. alua-uisio *A* | 111. diminū *A* | 112. ioculatur *A* pile *W* | 113. alto cinctus supercinctus *A* | 115. albcus *A*

---

99. cf. velut C 629, 50 *σωρὸς γῆς* : *rudus, agger* | 100. multa cogitari possunt, velut *agens* : *gerens* et *aegenus* : *egens* | 101. C 365, 31 *ἀγρίδιον* : *villula, hic agellus* | 102. C 368, 43 *Αἴας* : *Aiax*; etymon excogitavit translator (cf. Roenschius l. s. s. p. 457) | 103. C bis et S semel | 104. S *aluta* : *ἀλουτάριον* (= *alutarium*) vel C 616, 24 *στυπτηρία* : *alumen, aluta* male intellexisse videtur, pro corio alutario substituens locum ubi fabricatur; *tanare* habes etiam infra 129: Francogalli *tanner* | 105/106. scr. *Albunea* : *alba visio, albedo* : *albor*: cf. supra in praefatione et infra gl. 120. *albedo* : *albor,* quod ordinem turbat, ex posteriore loco petitum hinc alienum videtur | 107. cf. supra in praefatione | 108. C velut 439, 23 *δύσριγος* : *algidus* | 109. C 457, 50 *ἔνλευκος* : *albatus* | 110. P 13, 10 *alerius* : *εὔτροφος, θρέμβος, τροφεύς* (cum *τροφεύς* interpretamento cf. gl. Amplon.[1] p. 261, 266 *alerius* : *nutritor*, quod est tertium testimonium formae *b* carentis), ubi Scaliger *alebrius* : *εὔτροφος, θρεπτός, τροφεύς*, Salmasius ad Plin. p. 87 *alebris* : . . *θρέψιμος* . . : *alebrius* fortasse male ad secundam declinationem relatum est ducibus glossis velut Pauli p. 25, 4 *alebria* : *bene alentia* (gl. Isid. p. 668, 27 *alebra* : *bona quibus alimur*); plura infra 118. 'bonus alumnus' significare visum est *εὔτροφος* | 111. cf Prodr. p. 12 | 112. P 18, 18 *alipilarius* : *δρωπακιστής*: cf. supra in praefatione | 113. C 374, 52 *ἀνεζωσμένος* : *alticinctus* et 375, 46 *ἀνεσταλμένος* : *alticinctus,* unde emenda | 114. *allectus* : *consultus* = 'Beisitzer : iurls consultus'? | 115. E 348, 24 *alvus* : *νηδύς*

albeus : genus vasis, *trog*
alcedo : genus piscis
alero : nutrimentum
alteritas : sodalitas, conparilitas
120 albor : albedo
altercator : contra dicens, contentiosus
aleator : *tebleri*, aleae
alea : *tefil*
aliger : avis
125 alacer : *tefleri*
almities : pulchritudo
altiboens : alte clamans
alers : eruditus

---

116. uassis *W* | 117. pisces *A* | 119. alcerit *A*, alceritas *W* | 120.albar *W* albido *A* | 122. tebleri *AW* aleae *om. W* | 123. alia *A* | 125. tefleri *W; glossam omittit A* | 127. clamens *A*

---

hat keinen selbständigen Werth: sie geht, wie es schein auf den Verwirrer Ugutio zurück, der gewiss keine ander als die obige Glosse *v. femina* . . . vor sich hatte. D Lexica weisen das Wort *vestiplica* aus 'Quintiliani' declama tiones und einer Inschrift nach: aus keiner von beiden Quelle wird ein Verständiger unsere Glosse herleiten wollen.

V. 264 *mille modis amor* . . . *apstandust*. *abstandu* hat A, wofür *aptinendus* (oder *abt-*) in BCD steht. Br merkt an, dass das Compositum *abstare* sonst nicht vorkom Ich kann es durch vier Glossen belegen:

Abstat : *distat* Mai VI S. 502a
Apstant : *distant* Mai VI S. 508b (*aptant*)
Ἀφίσταμαι : *absto absisto desero abscedo discedo rec*
desisto Cyrillus S. 405, 31
Absto : *longe sto* gloss. post. Salom.

Dagegen die Glosse des alten Sangallensis 912 S. 8 *Abstote : recedite, abite* wird man nicht *Abstate : recedite, abite*, aber auch nicht *Abestote : r. a.*, sondern *Abitote : recedite, abite* zu schreiben haben: vgl. cod. Leidensis 67 F² f. 54ʳb *Abitote : ite, abite.*

V. 367 *apiscitur sapientia.* Die Emendation *apiscitur* für das handschriftliche *adipiscitur* von Reiz und Hermann ist durch den Ambrosianus bestätigt worden. Instructiv für das Eindringen des Interpretaments an Stelle des glossirten Wortes sind folgende Glossen:

Apiscitur : adipiscitur, consequitur

cod. Leidensis 67 F¹ f. 4ᵛc; cod. Vossianus fol. 26; cod. Bernensis 258 f. 49ᵛb (*ł consequitur*); cod. Bernensis 224 f. 201ʳa (*vel consequitur*).

Apiscitur : adipiscitur

cod. Leidensis 67 E f. 7ʳb. Diese Glosse kann aus der vorhergehenden verkürzt sein.

Apisci : adipisci

cod. Vossianus fol. 24; gloss. Salomonis.[1]

V. 701 *profugus patriam deseras.* Die Handschriften haben *profugiens.* Des Camerarius Emendation *profugus* wird bestätigt durch die Glosse 535

Profugus : profugiens

cod. Leidensis 67 E f. 48ᵛa; gloss. Hildebr. S. 249, 442 (L *profugens*; P *porro fugens*).

V. 721 *video caculam militarem* . . . das Wort *cacula* betreffende Glossen sind folgende:

I *Caculae : lixae aut servi militum*

Placidusglosse: III S. 446 [= 23, 24 ed. Deuerl.]; cod. Sangermanensis (*calcule*); cod. Leidensis 67 D f. 12ʳa (*caucule*).

II *Cacula* : δοῦλος στρατιώτου

so Philoxenus S. 32, 25 ed. Vulc.

Diese Glosse hat Labbaeus S. 23 mit der aus dem Onomasticon[2] S. 19 geschöpften *Cacula* : ἀκόλουθος zu éiner so verschmolzen[3]:

[1) Einiges nicht hierher Gehörige ist weggelassen worden.]

2) Diese Glosse ist gänzlich ausser Acht zu lassen: vgl. Acta IV S. 365 f. [oben S. 125].

3) Wobei er das richtige στρατιώτου des Philoxenus noch dazu verderbte.

Cacula : δοῦλος στρατιωτῶν· ἀκόλουθος, was dann von Hildebrand zu seinem Pariser Glossar S. 41a gar so aufgefasst worden ist: *Cacula* : δοῦλος, στρατιωτῶν ἀκόλουθος. Aus jener Philoxenusglosse ist wahrscheinlich übersetzt:

III *Cacula* : *servus miles*

cod. Amplon.[3] S. 290, 1; fragm. Deycksii. [Oben S. 25, 335.]

Ob *miles* Versehen des Uebersetzers, Corruptel seiner Vorlage oder endlich Verderbniss der Handschriften dieses Glossars ist, lässt sich nicht entscheiden. Am unwahrscheinlichsten ist die dritte Möglichkeit.

IV *Caculae* : *servi militum*

cod. Leidensis 67 E f. 12ᵛb (*caculi*); cod. Sangallensis 912 S. 44 (*cacule seruae*); cod. Amplon.[2] ined. S. 286, 61/62 (*seru*).

V *Cacula* : *servus militis*

gloss. Hildebr. S. 41, 12 (L, P); cod. Leidensis Lat. 191[3] (*clacula s. immitis*).

VI *Cacula* : *servus militis vel ligna arida*

gloss. Salom. f. 25ᵛa; cod. Vossianus fol. 24; cod. Vossianus fol. 82.

Dies ist eine leicht erklärliche Contamination von Glosse V mit der Glosse *Cocula* : *ligna arida*; vgl. Paulus Festi S. 39, 3 *Cocula* : *vasa aenea, coctionibus apta. alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia*; Placidus III S. 448, VI S. 559b [= 26, 13 ed. Deuerling]: *Coculis* : *aereis vasis ad coquendum, vel assulis aridis*[2]; cod. Sangallensis 912 S. 58
536 *Cocula* : *ligna arida vel vasa aenea* u. s. w. Die Verschmelzung beider Glossen ging um so leichter vor sich, da die Glosse *Cocula* : *ligna arida* auch in der Form *Cacula* : *ligna arida* im cod. Sangallensis 912 S. 44 und cod. Amplon.[1] S. 282, 139 (*li⁹na*) erscheint.

V. 727 ff. lesen wir so in den Ausgaben:

'Ad forum ibo: núdius sextus quoí talentum mútuom
Dédi, reposcam, ut hábeam mecum quód feram viáticum.

Für *nudius* haben die Handschriften (A ist hier nicht erhalten) *nundius*, in der That eine 'notabilis scriptura', wie

---

1) Man hat übersehen dass diese Glosse auf den bei Isidor Orig. XX 8, 1 (IV S. 502 ed. Areval.) erhaltenen Vers des Plautus gedacht: *Aeneis coculis mihi excocta est omnis misericordia*, wo man wohl *Aéreis coculís mi excoctast ómnis misericórdia* zu schreiben hat, da *aheneis* metrisch und sprachlich falsch ist. [Vgl. oben S. 90].

Ritschl anmerkt. Denn es ist ja klar, dass *nudius* eben aus jener Form *nun-dius* entstanden ist, die freilich hier so wenig wie anderswo in den Vers passt. Man könnte allerdings daran denken das *n* zu halten, wenn sich eine vulgäre Nebenform mit ausgestossenem *i*, also *nudus* (*nundus*) nachweisen liesse. Und diese muss wirklich vorhanden gewesen sein, wenn wir der nicht seltenen Schreibung *nudus* und einem ausdrücklichen Zeugnisse Glauben schenken dürfen. Um von den Plautus-Handschriften auszugehen, so haben *Most.* 956 CDa geradezu *nudustertius* und *Truc.* II 6, 28 [509] der Vetus *nudus quintus*, d. h. doch ohne Zweifel *nudus quintus*. Dass zweite Glossar der wichtigen Amplonianischen Glossar-Handschrift hat S. 354a 40 (Oehler): *Nudus tertio* : *die tertio* und dann noch einmal (was Oehler nicht hat abdrucken lassen) *Nudus tertio* : wo die Erklärung des Lemma fehlt. Der Codex Fuldensis des Neuen Testaments hat acta apost. 10, 30 nach Schuchardt Vocalismus II S. 445 *nudus* für *nudius*. Bestätigt werden diese handschriftlichen Spuren durch ausdrückliches Zeugniss des Placidus bei Mai class. auct. III S. 487 [= 69, 21 ed. Deuerl.]. Im Placidusglossar giebt es bekanntlich eine Reihe von Glossen, welche orthographische resp. orthoëpische Vorschriften enthalten, die wie alle derartigen Regeln (vgl. besonders die sog. appendix Probi) für die Kenntniss der Vulgärsprache von Bedeutung sind. Solche sind z. B. Placidus III S. 438 [= 15, 3 ed. Deuerling] *Bitumen per ·b· scribimus* nicht *vitumen*); S. 440 [= 17, 18 ed. Deuerling] *Caelebs per ·b· scribimus* (nicht *caeleps*); S. 441 [= 17, 27 ed. Deuerling] *Collocat melius dicimus per ·l·* (nicht *conlocat*); S. 480 [= 62, 26 ed. Deuerling] *Lacus . . . scribitur una ·c·* (nicht *laccus*) u. s. w. Zu dieser Klasse von Glossen gehört auch die folgende (S. 487 = 69, 21 ed. Deuerling): *Nudius tertius cum ·i· dicimus, et est adverbium temporis.* Es ist also sicher, dass es eine Vulgärform *nudus tertius* gab, die es ermöglichen würde das *n* der Handschriften an der Trinummusstelle beizubehalten. Ob freilich diese Form in so alte Zeit zurückreicht, muss weiterer Untersuchung vorbehalten bleiben.[1]

1) Die Form *nŭdĭus* empfiehlt sich allerdings oft von Seiten des Rhythmus mehr als ein *nū(n)dus*.

V. 743 habe ich acta II S. 465 ff. [oben S. 183] *columem te sistere* im Anschluss an die Ueberlieferung der Palatini zu schreiben vorgeschlagen. Zu den Ausführungen
537 a. a. O. habe ich nachzutragen, dass höchst merkwürdiger Weise entsprechend den Glossen *columes* : *saluos*; *columen* : *sanum*; *colomis* : *sanus* auch das Subst. *columen* durch *sanitas*, *salus* bisweilen glossirt wird: vgl.

Columen : *salus vel firmitas*
cod. Bernensis 357 f. 9ᵛb.

Columen : *vel sanitas vel substentaculum quod a columna fit*
Placidus III S. 441 [= 19, 1 ed. Deuerl.]

Papias hat sogar *Columitas* : *salus*; in den übrigen Handschriften und Redactionen des 'liber glossarum' scheint diese Glosse nicht vorzukommen. [Vgl. oben S. 142.]

V. 823 hat B *quom suis me ex locis . . . reducem faciunt.* An Stelle von *reducem* bieten CD *redeunt,* was man allerdings als eine durch das folgende *faciunt* veranlasste Corruptel auffassen kann. Mir ist es wahrscheinlicher, dass die Handschriften CD wie so oft ein Glossem in den Text aufgenommen haben, von dem der Vetus frei ist, dass also
redeunt
jenes *redeunt* aus *reducem* entstanden ist. Diese Annahme wird sehr unterstützt durch die im glossarium Salomonis erhaltene Glosse *Reducem* : *redeuntem.*

V. 826 *spurcificum, inmanem.* Hierauf geht wohl Osbern S. 560b *Spurcificus* : *inmunda faciens* (vgl. denselben S. 538 *spurius* (so) *componitur spurcificus ·i· immunda faciens*). Das Verhältniss der Plautusglossen in der 'Panormia' des Osbern von Glocester (dies ist der von Mai in den class. auct. Bd. VIII herausgegebene sogenannte 'Thesaurus Novus Latinitatis') muss meiner Ansicht nach so aufgefasst werden. Unberücksichtigt können bleiben die ersten acht Stücke des Plautus, die Osbern — oder seine Quelle — selbst benutzt hat und ungemein häufig, freilich grauenvoll verunziert, citirt. Unberücksichtigt müssen auch die Plautuscitate von Versen der letzten zwölf Stücke bleiben: diese entstammen der epitome Festi, dem Priscian, Isidor u. s. w. Beachtung

verdienen nur solche Stellen — ohne Plautusverse — die aller Wahrscheinlichkeit nach auf bestimmte Plautusverse gehen, von denen aber keine Quelle auffindbar ist, der Osbern sie verdanken könnte; in solchen Fällen wird er Glossaren, die er reichlich benutzt, seine Weisheit verdanken. Ein solcher Fall ist wohl der obige. Anderweit kann ich die Glosse nicht nachweisen. [Vgl. Prodr. S. 254.]

V. 975 schreiben Brix[2] und Spengel: *Póstquam ego me aurum férri dixi, póst tu factu's Chármides.* Beide haben also das von Ritschl Opusc. II S. 548 ff. behandelte *pos,* welches die Handschriften BC an unserer Stelle bieten (*postu*), nicht aufgenommen. Ich benutze diese Gelegenheit, um für diese Form, die am häufigsten vor anlautendem *t* gewahrt wird, einige neue Belege aus lateinischen Glossaren zu geben. Das Wichtigste ist, dass sehr wahrscheinlich Placidus, dessen Glossar so oft auf Plautus fusst, die Form *pos* auch in sein Glossar aufgenommen hat. Im codex Salmasianus der lateinischen Anthologie findet sich nämlich eine zuerst von Dübner im Rhein. Museum III (1835) S. 470 ff. veröffentlichte, jetzt bei Riese I S. 69 f. als Nr. 19 wieder abgedruckte 'praefatio', welche durch eine Masse eingeflochtener seltener und abstruser Worte[1] dermassen verdunkelt ist, dass 538 dieses sonderbare Stück Prosa wohl zu dem dunkelsten gehört, was überhaupt in lateinischer Sprache geschrieben worden ist. Seine γλῶccαι entnahm nun der Verfasser aus den glossae Placidi, doch so, dass wir nicht alles in dem uns erhaltenen Placidus noch nachweisen können. So bietet auch unser Placidus für das aus dem Satze (S. 69, 4 R.) . . . *pos artitum Nasonem quasi agredula quibusdam lacunis baburrum stridorem averruncandus oblatero* (wo Dübner und Riese *post* substituirt haben[2]) zu entnehmende *pos* keinen

1) Seinen Stil durch Einflechtung von Glossen, die man häufig noch dazu gar nicht verstand, herauszuputzen ist im Mittelalter sehr beliebt.

2) Noch manche Seltenheit steckt unerkannt in dieser 'praefatio'. S. 69, 14 steht bei Riese: *ergo bene pedam me hac, pudori citimum, collocare censete, quoniam, si haec nec crepera extiterint nec fracebunt* . . . Der Salmasianus hat aber statt *collocare*, was von Riese herrührt, vielmehr *colucari*, wofür auch *tudiculare* (von Dübner) vor-

Beleg mehr. Um so häufiger findet sich *pos* in andern Glossaren:

I *Pos tergum : post dorsum*
cod. Leidensis 67 E f. 48rb; cod. Bernensis 224 f. 221ra. Vgl. auch cod. Vossianus fol. 82: *Pos tergum : post dorsum pone.*

II *Pos tergum : post scapulas*
cod. Leidensis 67 F^1 f. 44rb (*p^9 scapulas*); cod. Bernensis 224 f. 221ra; cod. Bernensis 258 f. 181^v (*postergo : p^9 scapulas*).

III *Pos tergum : a retro, post dorsum, post scapulam*
gloss. Salomonis.

539 IV *Revinxit : pos tergum ligavit*
cod. Leidensis 67 E f 51ra; cod. Bernensis 224 f. 222rb. Vgl. auch gloss. Salomonis: *revinxit : pos tergum manus ligavit.*

---

geschlagen worden ist; es ist aber zu schreiben *conlucare*: vgl. Paulus S. 37, 12 *Conlucare dicebant, cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini*; Festus S. 348b 18 *Conlucare . . . succisis arboribus locum implere luce*; Cyrillus S. 427, 1 Διακαθαίρω : *conluco* (der Schluss, den K. O. Müller zu Paulus epit. a. a. O. aus dieser Glosse zieht: 'glossaria Labbaei . . eam interpretationem, quam hic Paulus proponit, confirmant Festi fuisse' ist durchaus hinfällig). Nachdem ich diese Vermuthung mir längst in mein Exemplar der Anthologie notirt hatte, erinnerte ich mich ihrer zur rechten Zeit, als ich auf die sonderbare Placidusglosse III S. 447 [= 25, 4 ed. Deuerl.] *Conlocare : deputare*, VI S. 557b (aus dem Cod. Vat.-Palat. 1773) *Collocare : deputare* stiess; man hat natürlich zu schreiben *Conlucare : deputare.* Die ausgeschriebene Stelle der 'Praefatio' kann uns aber noch zur Emendation einer andern Placidusglosse verhelfen. Zu den Worten *pudori citimum* bringt Dübner und nach ihm Riese als Parallelstelle Nonius S. 85, 16 bei: *cituma sunt proxima*; es ist aber auch dieses Wort aus Placidus genommen; denn die corrupte Glosse III S. 446 [= 24, 4 ed. Deuerl.] *connum : proximum* wird man wohl kein Bedenken tragen *citimum : proximum* zu schreiben. Ebenso giebt eine andere Stelle dieser 'Praefatio' einen Anhalt zur Aufhellung der Placidusglosse III S. 433 [= 9, 5 ed. Deuerl.] *Annitas : adiutas; interdum senectus est.* Aus dieser Stelle hat man ein Substantiv *annitas* gewonnen, das es gar nicht gegeben zu haben scheint. Die Praefatio hat allerdings bei Riese S. 69, 3 *sed antistat gerras meas annitas dirivata,* aber der Salmasianus bietet *mea . sanitas* d. h. *meas anitas.* Es gab nämlich ein zu *anus* gehöriges Wort *anitas*, das freilich bisher noch nicht beachtet worden ist: vgl. Cyrillus S. 419, 8 Vulc. Γραότης : *anitas* und cod. Amplon.^{3} S. 273b 160 [vgl. S. 14, 166] *Anitas : senectus*, welch letztere Glosse ohne Variante auch in dem Deycks'schen Bruchstücke steht. [Vgl. über diese Praefatio sowie die behandelten Glossen Löwe's Auseinandersetzungen oben S. 77 ff.]

V *Post haec · post ea · potius · pos tergum: deinde tum demum. denique*
gloss. Salomonis.

VI *E regione : retro, pos tergum*
cod. Leidensis 67 E f. 22^{r}a.

VII *Pos cras : perendiem*
gloss. Hildebr. S. 244, 298 nach dem Parisinus. Freilich hat hier der Leidensis 67 F^{3} *post*, ebenso wie die umgekehrte Glosse S. 237, 154.

VIII *Pone tergum : pos dorsum*[1]
cod. Sangallensis 912 S. 222 (*pos* ^{d}*orsum*).

4.[2]

V. 835. In sat poetica periculorum quae subterfugerit 199
Charmides descriptione libri exhibent versum qui non versus
est hunc: *ita iam quasi canes, haud secus circumstabant navem* 200
turbines venti; nam anapaesticum non magis esse quam v. 820—834 et 836—839 (contra inde a v. 840 anapaesti agnoscendi esse videntur) Ritschelius identidem docuit. Parum autem placet eiusdem trochaeos restituentis mutatio *circumstant*, cum aptissimum sit traditum tempus imperfectum. Videtur potius glossema invectum numeros pessumdedisse; scribo: *íta iam quasi canés, haud secus amstábant navem túrbines venti.* Adscripserat scholiasta voci glossematicae formam usitatam, quemadmodum factum esse loco nescio cuius scriptoris nunc deperdito docet Placidi p. 8, 17 glossa *arsedentes : circumsedentes.* Nam quamquam ita ut dedimus exhibet neque quidquam de codicum discrepantia in commentario critico adnotat Deuerlingius, tamen sine ullo dubio restituenda est O. Muelleri ad Festum p. 21 emendatio *amsedentes : circumsedentes*, pro qua faciunt cum utriusque recensionis scripturae (singillatim traditae glossae *arusedentes*, 'liber glossarum' etiam corruptius *arudesedentes* exhibent); tum maxime simplicissima ratio a lingua repetita. Etenim *arsedentes* non poterat non explicari *adsidentes*, sicut, quem locum in adnotatione ipse Deuerlingius conferri iubet, p. 11, 9 *arveniet : adveniet.*

[1) Vgl. Prodr. S. 137.]

[2) Anal. Plaut. (Lips. 1877) S. 199 ff. Cf. adnotatiunculas Addendis insertas.]

V. 856. Vindicatae a Ritschelio Opusculorum II p. 425 formae quam vetus codex servavit 'nogas' novum exemplum latet in glossa Leidensi a nobis Prodromi p. 117, 26 prolata *gerro* : *nocatoriū*, quam *gerro* : *nogator* scribendam esse facile videris ipse. [Cf. p. 139.]

201 V. 1036. Stasimus de aetatis corruptione praeter alia haec secum conqueritur: *strenuos praeterire more fit*, quae

202 verba non sana esse versus docet. Inseruerunt *nunc* (Scaliger et Guyetus) vel *iam* (Hermannus), mutarunt aut *strenuos* (in *strenuiores* Reizius), aut *praeterire* (in *praetervidere* Spengelius), quarum coniecturarum ultima linguae usu refutatur, priores autem non sunt evidentes. Accedit quod, qui *nunc* vel *iam* addit, plane delet συμμετρίαν in *pétere honorem pró flagitio móre fit.* # *morem ínprobum* et *strenuos praeterire more fit.* # *nequam quidem* intercedentem. Iterandae sunt post *strenuos* extremae duae litterae in hunc modum: *stré-nuosos praéterire móre fit.* # *nequám quidem. Strenuosus* dicebant et *strenuus*, sicut *obnoxiosus* et *obnoxius*, *subdolosus*[1] et *subdolus*, aliaque id genus similia. Cf. glossam codicis Amploniani[1] p. 375b 136: *strenuosissimus* : *fortissimus.*

5.[2]

Critica et exegetica ad varias Plauti fabulas spectantia.

Casinae prologi v. 18 sqq.:

Ea témpestate flós poetarúm fuit,
Qui núnc abierunt hínc in communém locum,
Sed tamen absentes prosunt praesentibus.

Versum qui non versus est vulgata effecit transponendo [illegible]o: *sed ábsentes tamén prosunt praeséntibus*, addidit *et* voculan[illegible]m ante *praesentibus* Geppertus. Quid si prologi scriptor posu[illegible]it quod in posterioris aetatis lingua vulgari usu venit, *pro[illegible]de esse* pro *prodesse*? Optime fluit versus talis: *sed támen a[illegible]b-sentes próde sunt praeséntibus. Tamen* illud praemissu[illegible]m sicut graece verti potest: ὅμως καὶ ἀπόντες λυσιτελοῦσι το[illegible]ῖς

1) *Subdolosus* : *astutus* in 'abavus' glossarum utraque recensio[illegible]ne exstat. Quamquam forsitan lateat *sutellosus* : *astutus*.

[2) Anal. Plaut. S. 202 ff.; *integrum* caput exhibui.]

παροῦσιν. Ceterum aut fallor aut ad ipsum hunc versum
olim adscripta fuit glossa, cuius notitiam imprimis 'a a'
glossario[1] debemus. Tradi autem solet ita fere: *abantes*:
mortui, *quos Graeci aliquantes appellant*, ubi lemma scribo 203
absentes et paenultimam interpretamenti vocem ἀποβάντες.
Plena glossae memoria haec est:

absentes : *mortui*, *quos Graeci* ἀποβάντες *appellant*

cod. Casinensis 401 (*abantes mortui*|||| [*s* erasa] *q. greci aliuantes*); cod. Vaticanus 1471[4] (*abantes* . . *greci aliquantes*); cod. Vossianus Oct. 24[2] (*abantes* . . *aliquantes*); cod. Vindobonensis 2404 (*abantes* . . *greci alibantes*); cod. Vaticanus 1469[1] f. 1^{r}b (*abantes* . . *qđ greci elibantes*); cod. Casinensis 218 (*abantes* . . *gręci elibantes*). Caput glossae servavit Sangallensis 912 p. 4: *abantes* : *mortui*.

Ibidem v. 32:

. . . . Deíphilus
Hanc graéce scripsit, póstid rursum dénuo
Latíne Plautus cúm latranti nómine.

Interpretum de hoc loco nugas Pauli Festus p. 231 refutat, sicut Lambinus vidit: quode cf. Ritschelium Parergon p. 202 sq. Glossariis quoque uti potest, si quis scire cupiat quale fuerint canum genus *plauti*. Illinc petita haec mihi praesto sunt:

plautus : βαρύωτος

Philoxenus p. 162, 44.

plautus : *languidis auribus*: *vel nomen auctoris*

'abavus' glossae ampliores: *languidus* codd., *plaustus* Reginensis lat. 310. Segregandum videtur *vel nomen auctoris*, quae est singularis glossa similis illi frequentissime traditae: *Lucretius* : *auctoris sermo*.

plautus : *auribus magnis*, *gracili corpore*

gloss. Isidori p. 692, 17 (*plautos*, *magnis* om.); cod. Amplonianus[1] p. 363b 339 (*plautis* : *auribus mag^{n}is* et *plutus* : *gracili corpore* ut duae glossae); cod. Leidensis 67 E f. 47^{v}b (*plaustus*; *g. c.* om.). Vaticani 3321 f. 113^{r} glossa *patus* : *auribus magnis ū ceruices* (*magnis ceruice* Casin. 439) hanc videtur suadere emendationem: *plautus* : *auribus magnis*, *cervice gracili*.

V. 75 vetus *pingnus* exhibet sicut in inscriptionibus habes *ingnominia* similiaque; v. 71 *alio* pro *aio*: ut scribendum sit *aiio*.

1) De eo vide Prodromum p. 138 sqq.

I 45:

Unde aúscultare póssis, quom ego illam ósculer

Conicio Plautum scripsisse *unde aúscultare póssis, quom ego*
204 *illam aúsculer.* Similiter lusit paulo ante v. 37 sqq.: *Ut postilena possit ex te fieri.* | *Post autem nisi . . ederis* | *aut quasi lumbricus terram: quod te postules . .*

II 3, 12:

Trístem astare aspício: blande haéc mihi mala res áppellandast.

mala res non dicebant comici, sed *mala mers.* Cf. Cistellariae IV 2, 61: *mala mers, era, haec et callida est;* Persae v. 238: *mers tu mala es;* Casinae III 6, 22: *novi ego illas malas merces.*

II 8, 7:

Recéssim cedam ad párietem: imitabór nepam

cedam eiusdem cum *recessim* radicis eo minus tolerari potest, quod v. 10 denuo habes: . . *candidatus cedit hic mastigia.* Neque tamen Palatinorum recensionem putaverim redire ad *recessim dabo me,* quod Pauli Festus p. 14 exhibet, sed vetustam vocem oblitteratam esse: *recessim betam ad parietem* . . Ceterum *nepa* vocabulum ceteroqui non nimis vulgare admodum frequentatur in glossariis, unde seligo ʻa aʼ glossarum corruptam hanc: *cancer* : *nomine est serpentis nequā.* Sic Casinensis 401, cui ex parte tantum succurrit Vaticanus 1471[4], in quo *nomen.* Scribo *cancer* : *nomen est serpentis, nepa.*

II 8, 61 sq.:

Vin língulacas? # Quíd opust, quando uxór domist?
Ea língulacast nóbis: nam numquám tacet.

Lingulacas appellabant Festo teste et pisces et argutatrices mulieres. Eice versum 62, grammatici procul dubio additamentum, quo pessum datur ioci lepida brevitas.

III 1, 15:

Quid me amare refert, nisi sim doctus dicax uiuus

In hac veteris codicis scriptura — neque enim *uiuos* exhibet —, unde alii alia elicuerunt, mihi *dicaculus* latere videtur, quo adiectivo Plautus usus est Asinariae v. 511. Lacuna autem quo modo explenda sit dubito: cogitavi de *dóctus ca tus dicáculus* vel simplicius de *dóctus ac dicáculus.*

III 1, 47 sq.:

Postquam éa adolevit ád eam aetatem, út viris
Placére posset . . .

Hiatum qui removeam nescio, si displicebit *aetatulam* pro *aetatem* scriptum.

IV 2, 16: 205

Qui amát tamen hercle si ésurit, nullum ésurit

nullus scripsit Geppertus cum Dousa, *ne hilum* Boxhornius. Nihil mutandum. Ad hunc vel similem locum spectat Placidi in 'libri glossarum' scholium a Deuerlingio in programmate gymnasii Ludovicensis a. 1875/6 p. 26 evulgatum et *nullum* : *pro 'nec id'* emendatum. At cum in codicibus tradatur *nullum pronicit,* corrigendum est potius *nullum* : *pro 'nihil.'*

IV 1, 16:

Aulás pervortunt, ígnem restinguónt aqua

Praestat orthographia, quam servavit glossa fortasse huic loco olim adscripta:

aullas : *quas ollas dicimus*
cod. Casinensis 439[1].

IV 1, 8:

Properáte: cenam iam ésse coctam opórtuit

Extremam versus vocem vetus codex mutilatam exhibet *oppo-* Non satis perspicitur primo obtutu, quid sibi voluerit manus 2., superscribens *id abundant* = *id est abundanter.* Cogitavit autem, opinor, de *opipare* adverbio, cui hic non locus est.

III 2, 20:

Própter operam illíus hirqui ímprobi edentúli

Alterum hiatum priore etiam minus tolerabilem ita quispiam removerit, ut *edentatuli* scribat: cf. huius fabulae versum IV 4, 28 a Studemundo e palimpsesto emendatum: *Quin ímus ergo? # I, bélle belliátula!.*

III 2, 21 sq.:

. . operam uxóris polliceór foras,
Quási catillatum.

Huc refero permiri interpretamenti glossam nisi in glossario Salomonis quod vocatur nusquam a me repertam: *catillatum* :

medicamentum acquisitum. Spero approbatum iri hanc eius medelam: *catillatum* : *mendicatum, acquisitum.*

Poenuli prologi v. 11 sqq.:

206 Exsúrge praeco: fác populo audiéntiam.
Iamdúdum exspecto, sí tuom officiúm scias:
Exérce vocem, quám per vivisque ét vales,
Nam nísi clamabis, tácitum te obrepét fames.

In v. 13 *vales* a Gepperto profectum, *colis* codices exhibent. Conicio *exérce vocem, quám per vivisque ét cluis.* Octavus autem, qui est verborum quae praecedunt *vocem quam per vivis* interpretamentum, eiciendus.

Ibidem v. 14:

Qui nón edistis, sáturi fite fábulis.

Lusus est vocabulorum *fābulae* et *făbulae.*

I 2, 22 [232]:

Nam quae lauta est, nisi perculta est, meo quidem animo quasi inquinata est.

Sic Geppertus, cum codd. *inlusta* vel *iniusta* pro *inquinata* exhibeant. Ego *quasi* deleo et sic corrigo: *nám quae lautast, nísi percultast, méo quidem animo inlútast.* Infra eiusdem scaenae v. 103 *inlutis* in B est.

V 5, 22 [1301]:

Nón pudet puellam ámplexarei báiolum in mediá via

In Decurtati scriptura *baliolum* latet *baiiolum.* Ceterum *baiol-*, non *baiul-* glossae nostrae mere latinae omnes:

baiolus : *gerolus, portator*

cod. Leidensis 67 F[1] f. 10ᵛa. Huius pars sit:

baiolus : *gerolus*

uberior 'abavus' glossarum memoria, velut Vossianus Fol. 82 et Christinensis 310.

baiolus : *portitor*

cod. Leidensis 67 E f. 10ʳa. De *portitor* forma plura e glossariis alibi.

baiolo : *porto*

idem f. 9ᵛb.

baiolator : *portator, laborator*

cod. Amplonianus[3] p. 279a 13: a fragmento Deycksiano abest. Translata est haec glossa e 'Cyrillo' p. 409, 11: βαστακτής: *baiolator.* [Cf. p. 22, 280.]

V 5, 30 [1309]:

Lubét? # ita dico. # lígula, i in malám crucem

Huc refero glossam ineditam:

ligula : *argutus, loquax* 207

incorruptam servavit ex meis fontibus solus cod. Casinensis 439^{5} ubi *licula*. *Arguta* corruptela se insinuavit in codd. Vaticanum 1469^{1} f. 37^{v}a; Casinensem 218; Sangallensem 912 p. 154.

Cistellariae II 3, 78:

Quid núnc supina súrsum in caelum cónspicis?

Pro *sursum in* veteris codicis m. 1 scripsit *sus iam*, unde *susū iam* effecit m. 2. Illud autem non ad *susum in* redire mihi videtur — sicut Ritschelio Prolegomenon p. CIV —, sed potius ad *susu in*. Formam autem quae est *susu* vindico inscriptionum et glossariorum memoria. Illarum enim ex numero sententia Minuciorum *suso uorsum* exhibet idemque prorsus *suso* 'Cyrilli' glossarium p. 381, 48: ἄνω : *suso, supra, super*. Servavit *suso* etiam lingua italica: abundant exempla velut in Sacchettii 'novellis'. *Susu* habes in Stephani excerptis graeco-latinis p. 344, 47: *susu* : ἄνω, cuius glossae scriptura eo minus dubitabilis, quod nihil mutata apud Philoxenum p. 209, 2 redit. Similem formam *rursu* pro *rursum*, quam Truculenti V 73 [965] Vetus testatur, noli abolere. — De extrusa in *susu* littera *r* nota res est: illud autem addiderim ut minus notum, quod Frontinus in libello 'de aquis urbis Romae' scripto nullis usus est nisi *r* litterula carentibus formis. Habes sane in Buecheleri editione praeter *dextrosus* (I, 7 p. 6, 7; I, 8 p. 7, 1) et *sinistrosus* (I, 14 p. 9, 22) etiam *dextrorsus* (I, 9 p. 7, 6; I, 11 p. 8, 30) et *sinistrorsus* (I, 5 p. 3, 20; ibidem p. 4, 7; I, 7 p. 6, 9): sed fraudi fuit editori apographon Kellermanni, cuius lectionum in adnotatione critica prolatarum paene tertiam partem falsam esse codice Casinensi 361 denuo collato cognovi. Nusquam autem ut dixi ille non exhibet *-osus*: ut I, 5 p. 4, 7, ubi mutilata voce scriptum *sinistro*, sine ullo dubio supplendum sit *sinistrosus*. Ad has res quoniam perventum est, adiungo locum Appuleii Metamorphoseon VI, 5 (p. 42, 14 Psyches et Cupidinis ed. Iahn.), ubi Psyche haec conqueritur: *quorsum itaque*

tantis laqueis inclusa vestigium porrigam?. Pro *quorsum*, quam formam Mercerus restituit, Florentino duce (ubi *quo*[rur]*sum*) restitue *quosum*.

II 3, 59 scribe *ego deicam tibi*, cum m. 1 in ipso contextu exhibeat *deiciam*, in margine autem m. 2 adnotaverit: 'al. dicā'. Item ad orthographiam pertinet, quod IV 1, 5 e *quomq, mei sciam* non *conquiniscam*, sed *conqueniscam* elicio.

208 Aulularia I 1, 37 sqq. [75 sqq.]:

. . néque quicquam meliúst mihi,
Ut opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrínxero.

Molestum idemque perplexae verborum collocationis additamentum est *meum laqueo collum quando obstrinxero* et sat mire dictum illud *unam*. Corrigo:

. . néque quicquam meliúst mihi,
Ut opínor, quam ex me ut lóngam faciam lítteram.

II 4, 39 sq. [318 sq.]:

Homo ád praetorem déplorabundús uenit:
Infít ibi postuláre, plorans, éiulans . .

Offendit me bis positum plorandi verbum neque ullus dubito quin Plautus ita non scripserit. *Plorans* autem, quod habes in altero versu, *pipans* vocabuli, sive glossema sive corruptela est. *Pipare* verbum exstitisse docet substantivum *pipatio*, cuius apud Festum Pauli mentio fit in hunc modum p. 212, 9: *pipatio*: *clamor plorantis lingua Oscorum.* Multo autem etiam luculentiorem eiusdem notitiam glossariis debemus. Usu nempe veniebat de certarum avium clamore, unde transferebatur ad acerbam vociferationem. 'Pipant' accipiter, columba, passer:

pipiunculus: *accipiter, acceptor*

'abavus' glossarum utraque memoria: cod. Christinensis 310; cod. Vossianus Fol. 82; glossae 'Isidori' p. 689, 55: cod. Leidensis 67 F[3] (*piunculus*); gloss. Hildebrandi p. 241 b 233. Cf. Osbernum p. 472 a: *pipiuncula* : *accipiter, a pipiando* (*piptuncula accipitur* cod.)

pipiones : *pulli columbarum*

Osbernus p. 483 b. 'Voces variae animantium': *pipant pulli.*

pipat : *conviciatur, quiritat ut passer*

sic scribendam duco Sangallensis 912 p. 218 glossam *pipa*: *uiciatʒ q̄ritat passer*. Cf. glossam infra excitatam *quiritare*: *pipulare*. De 'queritare' forma v. Prodromum p. 316.

Latiore sensu usurpatum esse verbum discimus ex glossis:

pipant : *resonant*

cod. Amplonianus[1] p. 362 b 248.

pipulare : *quiritare* 209

hoc modo emendavi glossam uberioris 'abavus' memoriae *quiritare* : *populare* (velut in glossario post Salomonis lexicon adiecto et in Christinensi 310 traditam, cum in Vossiano Fol. 82 lacuna sit), quam Prodromi p. 317 nondum expediveram. *Pipulare* in *populare* corruptum haud aliter atque *pipulo* in *populo* in Plauti Palatinis Aulul. III 2, 32 [446] et Militis II 6, 101 (584). Ordinem verborum mutavi convenienter eis, quae disputavi l. s. s. p. 94 sq. *Pipulare* a *pipulo* derivatum est sicut *sibilare* a *sibilo*.

pipulare : *resonare*

glossare 'Isidori' p. 692, 29 (*pipilare*); Osbernus p. 483 b (*pipulare*). Non nego *resonare* habere quod offendat.

pipilat : κορυζιᾷ

Philoxenus p. 161, 50: *pipitat*.

Nihil vides hucusque erutum esse e glossariis, quod faciat ad comprobandum nostrum *pipans*, ut *plorans* glossemate explosum. Sed restant:

pipulo : *convicio, ploratu*

fontes huius glossae v. Prodromi p. 260.

pipatio : *clamor plorantis*

cod. Vaticanus 3321 f. 118r (*pipado . . putantes*).

Quamquam habes iam *pipare* verbum larga testimoniorum copia illustratum, tamen dubitaveris fortasse, num probo scriptori tribui possit, cum pro eius fontium natura videatur esse vulgaris tantum sermonis. At usus est eodem de plorantis hominis voce Lucilius in inedito saturarum fragmento, quod una cum aliis publici iuris faciemus alibi. Ad eius scholium apparebit redire ultimam e glossis modo prolatis itemque Festi supra excitatam.

III 4, 6 sqq. [465 sqq.]:

Cóndigne etiam méus med intus gállus gallináceus,
Quí erat anui péculiaris, pérdidit penissume.
Ubi erat haec defossa, occepit ibi scalpurire ungulis
Círcum circa . . .

De dubia versus 8 scriptura nunc non ago, hoc unum addo
praeter *scalpurire* — dummodo sanum sit — gallos, qui
unguiculis terram radunt, latine dici *scarpinare*, glossa latino-
anglosaxonica codicis Amploniani[1] p. 375 a 98 teste: *scar-
pinat* : *scripit haen*, cuius formam mere latinam nondum
210 repperi. *Scarpinare* a *scarpere*, sicut *bovinare* a *bovere*, *coqui-
nare* a *coquere* (cf. cod. Amploniani[3] p. 293 a 144 et frag-
menti Deycksiani glossam *coquinator* : *coquus* [cf. p. 34, 483]),
id aliaque genus verba.

III 6, 19 sqq. [555 sqq.]:

Quos si Árgus servet, qui óculeus totús fuit,
Quem quóndam Ioni Iúno custodem áddidit,
Is núnquam servet.

Eice versum secundum ut additicium.

Curculionis I 1, 30 [30]:

Sempér curato né sis *intestábilis*

Huc spectare videtur:

intestabilis : *sine fide et testimonio*

cod. Leidensis 67 E f. 32ᵛ a. Cf. Amplonianum[3] p. 343 b 108: *intestabilis* : *sine testimonio* et Philoxenum p. 122, 29. 124, 6. [Cf. p. 57, 962.]

Captivorum III 1, 3 (490):

Quí concilium iniére, quo nos victu et vita próhibeant

Transposuit Fleckeisenus *consilium qui*, Brixius proceleusmaticum tolerandum esse ait. Non intellego quidni liceat ita metiri: *quí concilium iníĕre; quo nos* . .

III 5, 5 [663]:

Nam sémper occant príus quam *sarriunt* rústici

sariunt emendavit Ritschelius Prolegomenon p. CLXII servavitque Nonii p. 7 cod. Bambergensis. Eandem huius verbi formam Fleckeisenus Annalium a. 1868 p. 212 dicit unice ab antiquis usurpari neque omnino *sarrire* latinum esse videri. Pro certo ego hoc negaverim, confisus auctoritate glossarum mearum, quo ex numero huc facientes quinque — eaeque maiore ex parte singulae compluribus codicibus traditae sunt — ad unam omnes simplicem *r* litteram exhibent. Sunt autem hae:

sario : *sarculo*

cod. Leidensis 67 E f. 53[r]a: *sarculum*; glossae 'Isidori' p. 695, 19; cod. Casinensis 439 (Vaticanus 3321 hoc loco lacunosus est).

sario : *circumfodio*

cod. Vaticanus 3321 f. 136[r]: *circonfodio*; cod. Casinensis 439: *circūfidio*; cod. Leidensis 67 F[1] f. 46[v]d: *considio.*

sarit : βοτανίζει

Philoxenus p. 192, 6.

sariat : *humum seminet* 211

cod. Amplonianus[1] p. 377 a 230: *seminat.*

sariri : *sarculo laxari*

codd. Casinensis 439; Vaticanus 3321 f. 136[r]: *lexari*, sed *a* m. 2 supra *e* scripta; Leidensis 67 F[1] f. 46[v]d: *sarculo* secundae quae antecedit glossae additum, *laxare. Sari* omnes fontes.

Exstant sane tres per *rr* glossae:

sarrio : ϲκαλεύω
sarritor : ϲκαλευτήϲ } 'Onomasticon' p. 135
sarritura : ϲκάλευϲιϲ

at 'Onomasticon' non antiquae originis esse demonstravi.

Techina formam ipsis codicibus duobus tantum locis (Poenuli IV 1, 1 [817] libri fere *tethine*, Mostellariae III 1, 23 [550] *techinae*) traditam habemus. Quibus ducibus Ritschelius[1]), secutus etiam similium exemplorum ἀναλογίαν, alibi eandem restituit, velut Captivorum III 4, 109 (642):

Tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser
Húius scelesti téchnis qui me ut lúbitumst ductavít dolis.

Egregie comprobat scripturam glossa, quam ad hunc versum spectare puto:

techinis : *fraudibus, dolis*

cod. Vaticanus 3321 f. 151[r] (*tethinis*). Omittunt *dolis* codices Vaticanus 1469[1] f. 69[r]b (*tethinis*) et Casinensis 218 (*tethinis*).

Multo minus probabiliter eam ad Terentii Hautontim. III 1, 62 *technís per servolum: étsi subsensi íd quoque* quispiam rettulerit. Non deest autem alterum illius formae in glossariis testimonium:

1) Cf. Opusculorum t. II p. 473 sqq.

techinam : *fraudem*

cod. Casinensis 439 f. 61^{v} b (*tehinan*); cod. Vaticanus 3321 f. 150^{v} (*temnam*).

Captivorum Prol. 61 sq.:

Nam hoc paéne iniquomst, comico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.

Choragium quid sit Brixius adnotat Festo Pauli p. 52 usus: *choragium* : *instrumentum scaenarum*. Planius docet glossa:

choragium : *ornatus mimicus*

integrae glossae unicum fontem novi codicem Leidensem
212 67 E f. 13^{v} b (nisi quod *mimicus*); lemmatis prima littera in *t* corrupta exhibetur in permultis, velut in cod. Sangallensi 912 p. 298; cod. Vaticano 1469^{1} f. 70^{v}b (*inimicus*: in Casinensi 218 lacuna est); cod. Leidensi 67 F^{1} f. 51^{v}c (*totragium*); cod. Leidensi 67 E f. 56^{r}b (*togragrum*); apud Maium VII p. 583 (*toragium*); in cod. Vossiano 82 Fol.; cod. Christinensi 310. Plenior exstare videtur in Hildebrandi glossario p. 284 a 71: *thoragum* : *ornatus mimicus id est tiara*, cuius additamento quid faciendum esset non perspexit editor. Ego duce Leidensi 67 F^{3}, qui exhibet *thoragium* : *ornatus mimici hoc est timorum*, extrema tria verba in *hoc est mimorum* correcta simpliciter eicio, ut pote *mimicus* vocabuli interpretamentum. Atque uberior 'abavus' glossarum memoria (Vossianus Fol. 82 et Christinensis 310) ea omittit. Parum plana est Leidensis 67 E f. 13^{v} b glossa *choragio* : *exercitu* (*chorogio* cod.).

Non autem huc facere videtur glossa sat mira haec:

coragium : *pars est ludis quando proverbia dicuntur*

cod. Vaticanus 3321 f. 33^{v} (*coraglo*); glossae 'affatim', velut cod. Leidensis 67 F^{1} f. 17^{v} b (in quo tamen *lutis*), item *coragio*; glossae 'Isidori' p. 672, 51 (*corugio puer* . . *ludus* . . *dicunt*); eaedem p. 672, 52 (*in ludis*); codd. Vaticanus 1469^{1} f. 17^{r} a et Casinensis 218 (*ludi*).

Quae quid sibi velit, ab aliis doceri velim: ego ita tantum aliquid lucis nasci puto, ut scribatur *coragium* : *pars est funeris, quando deverbia dicuntur*. *Choragium* ut funeris pars apud Appuleium bis usu venit[1]) et de deverbiis glossula exstat in Deycksii fragmento (Amplonianus^{3} eo loco lacunosus est [cf. p. 39, 582]): *deverbium* : *canticum, quod ante mortuum canitur*. Quamquam perdubitabilem scripturam esse non nego.

---

1) Cf., ne longi simus, Hildebrandum ad glossarium Parisinum p. 284 a.

Aulularíae II 1, 36 [158] quod *quam maxuma possum tibi dare dote* libri exhibent, non *cum* corrigendum, sed *quom*, quae est praepositionis forma antiqua alibi quoque restituenda.

Truculenti II 2, 39 [294]:

Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi

RUBRICACRETA palimpsestus, *rubrice ceta* vel *rubriceta* Palatini. Incorruptam priorem vocem legit etiam scholiasta, cuius haec est adnotatio:

rubrica : *rosea tinctione*

cod. Christinensis 310 (cod. Vossianus Fol. 82 hoc loco lacuna truncatus est); cod. Leidensis 67 E f. 52^v a; cod. Leidensis 213
67 F^1 f. 46^r d (*rubricum, tinctio*).

Stichi fabulae servus Sagarinus in ea comoediarum Plautinarum memoria, unde pendent Ambrosiani et Palatinorum recensiones, procul dubio Sangarinus appellabatur. Hanc enim formam palimpsestus omnibus locis (v. 433. 439. 441. 644), Palatini duobus exceptis (BCD v. 433 et D in titulo scaenae V, 4) item omnibus (439. 644. 660. 680) exhibent. Non ita fabulae codex, in cuius principio fuisse videtur personarum index[1]), cuius fragmentum servavit glossa in 'libro glossarum' (velut in codd. Palatino 1773 et Ambrosiano B 36 inf.) tradita: *fugens et sagaris* : *nomina seruorum.* Non mutatum est *sag-* in *sang-*, quod contra reliqua lemmatis pars foedissime corrupta. Non autem dubitabis *Stichus et Sagarinus* : *nomina seruorum* scribere, memor quam facile corruptela FUGENS derivari possit ex STICHVS.

Stichi II 2, 5 (329) A *me quidem*, BCD *equidem*: scribe *nám me equidem miserébat horum* . . .

Pseuduli v. 915 Ritschelius Lorentiusque: *monendus ne me moneas.* Scribe *monendu's.*

Truculenti II 6, 55 [536] nihili sunt quas in ipso principio versus *méa uoluptas, áttuli eccam pállulam ex Phrygiá tibi* vetus codex exhibet litterae *im*, quarum alteram omittunt C et D libri. Corruptas eas puto ex *mi*, ut sint Stratophanis militis nota, versui qui praecedit olim praefixa.

1) Nisi potius ad scaenae V, 2 titulum glossa spectat.

techinam : *fraudem*

cod. Casinensis 439 f. 61ᵛ b (*tehinan*); cod. Vaticanus 3321 f. 150ᵛ (*temnam*).

Captivorum Prol. 61 sq.:

Nam hoc paéne iniquomst, comico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.

Choragium quid sit Brixius adnotat Festo Pauli p. 52 usus: *choragium* : *instrumentum scaenarum*. Planius docet glossa:

choragium : *ornatus mimicus*

integrae glossae unicum fontem novi codicem Leidensem
212 67 E f. 13ᵛ b (nisi quod *mimicus*); lemmatis prima littera in *t* corrupta exhibetur in permultis, velut in cod. Sangallensi 912 p. 298; cod. Vaticano 1469 [1] f. 70ᵛ b (*inimicus*: in Casinensi 218 lacuna est); cod. Leidensi 67 F [1] f. 51ᵛ c (*totragium*); cod. Leidensi 67 E f. 56ʳ b (*togragrum*); apud Maium VII p. 583 (*toragium*); in cod. Vossiano 82 Fol.; cod. Christinensi 310. Plenior exstare videtur in Hildebrandi glossario p. 284 a 71: *thoragum* : *ornatus mimicus id est tiara*, cuius additamento quid faciendum esset non perspexit editor. Ego duce Leidensi 67 F [3], qui exhibet *thoragium* : *ornatus mimici hoc est timorum*, extrema tria verba in *hoc est mimorum* correcta simpliciter eicio, ut pote *mimicus* vocabuli interpretamentum. Atque uberior 'abavus' glossarum memoria (Vossianus Fol. 82 et Christinensis 310) ea omittit. Parum plana est Leidensis 67 E f. 13ᵛ b glossa *choragio* : *exercitu* (*chorogio* cod.).

Non autem huc facere videtur glossa sat mira haec:

coragium : *pars est ludis quando proverbia dicuntur*

cod. Vaticanus 3321 f. 33ᵛ (*coraglo*); glossae 'affatim', velut cod. Leidensis 67 F [1] f. 17ᵛ b (in quo tamen *lutis*), item *coragio*; glossae 'Isidori' p. 672, 51 (*corugio puer* . . *ludus* . . *dicunt*); eaedem p. 672, 52 (*in ludis*); codd. Vaticanus 1469 [1] f. 17ʳ a et Casinensis 218 (*ludi*).

Quae quid sibi velit, ab aliis doceri velim: ego ita tantum aliquid lucis nasci puto, ut scribatur *coragium* : *pars est funeris, quando deverbia dicuntur*. *Choragium* ut funeris pars apud Appuleium bis usu venit[1]) et de deverbiis glossula exstat in Deycksii fragmento (Amplonianus [3] eo loco lacunosus est [cf. p. 39, 582]): *deverbium* : *canticum, quod ante mortuum canitur*. Quamquam perdubitabilem scripturam esse non nego.

1) Cf., ne longi simus, Hildebrandum ad glossarium Parisinum p. 284 a.

Aululariae II 1, 36 [158] quod *quam maxuma possum tibi dare dote* libri exhibent, non *cum* corrigendum, sed *quom*, quae est praepositionis forma antiqua alibi quoque restituenda.

Truculenti II 2, 39 [294]:

Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi

RUBRICACRETA palimpsestus, *rubrice ceta* vel *rubriceta* Palatini. Incorruptam priorem vocem legit etiam scholiasta, cuius haec est adnotatio:

rubrica : *rosea tinctione*

cod. Christinensis 310 (cod. Vossianus Fol. 82 hoc loco lacuna truncatus est); cod. Leidensis 67 E f. 52^{v} a; cod. Leidensis 213
67 F^{1} f. 46^{r} d (*rubricum, tinctio*).

Stichi fabulae servus Sagarinus in ea comoediarum Plautinarum memoria, unde pendent Ambrosiani et Palatinorum recensiones, procul dubio Sangarinus appellabatur. Hanc enim formam palimpsestus omnibus locis (v. 433. 439. 441. 644), Palatini duobus exceptis (BCD v. 433 et D in titulo scaenae V, 4) item omnibus (439. 644. 660. 680) exhibent. Non ita fabulae codex, in cuius principio fuisse videtur personarum index[1]), cuius fragmentum servavit glossa in 'libro glossarum' (velut in codd. Palatino 1773 et Ambrosiano B 36 inf.) tradita: *fugens et sagaris* : *nomina seruorum.* Non mutatum est *sag-* in *sang-*, quod contra reliqua lemmatis pars foedissime corrupta. Non autem dubitabis *Stichus et Sagarinus* : *nomina seruorum* scribere, memor quam facile corruptela FUGENS derivari possit ex STICHVS.

Stichi II 2, 5 (329) A *me quidem*, BCD *equidem*: scribe *nám me equidem miserébat horum* ...

Pseuduli v. 915 Ritschelius Lorentiusque: *monendus ne me moneas.* Scribe *monendu's.*

Truculenti II 6, 55 [536] nihili sunt quas in ipso principio versus *méa uoluptas, áttuli eccam pállulam ex Phrygiá tibi* vetus codex exhibet litterae *im*, quarum alteram omittunt C et D libri. Corruptas eas puto ex *mi*, ut sint Stratophanis militis nota, versui qui praecedit olim praefixa.

1) Nisi potius ad scaenae V, 2 titulum glossa spectat.

Dum codicum Palatinorum corruptelas perlustro, multis locis offendit me *a* littera pro *i* producta substituta. Quod tam frequenter usu venit, ut non possit mera corruptela esse. Sunt potius scripturae quae est *ei* pro *ī* non dubitabiles reliquiae, cum librarii levissimo errore *a* pro *ei* posuerint. Cuius scripturae exempla qui accuratius quaesiverit, sescenta reperiet; satis sunto haec pauca:

Truculenti	I 2, 1 [95]	*foras* B	= *foreis*
	II 1, 24 [235]	*oblitus* A, *obiatus* B, *obatus* CD	= *obleitus*
214	2, 34 [289]	*foras* BCD	= *foreis*
	6, 5 [486]	*pugnas* BCD	= *pugneis*
	51 [532]	*excidi* CD, *excida* B	= *excidei*
	7, 20 [574]	*bones* B, *bonas* CD	= *boneis*
	IV 3, 45 [819]	*illac* BCD	= *illeic*
Poenuli	I 2, 192 [404]	*arata* B	= *eirata*
	V 2, 6 [966]	*seruare*	= *serueire*
Casinae	II 7, 11	*foras* B	= *foreis*
	IV 4, 23	ICIT A, *agit* B	= *eicit*

Ad orthographica quoniam perventum est, haec subiungo. Truculenti IV 4, 27 [880] in librorum scriptura *manubinarius* non *manipularius*, sed *manupularius* agnosco (cf. *manuplares* Mostellariae v. 312) atque in veteris codicis *quali es* non *squalet*, sed *squallet*[1]). — Satis memorabile ni fallo illud est, quod *exammen* videtur eliciendum e scripturis *eti men* (BCD) Truculenti II 6, 53 [554][2]) et *exanimen* (si fere BCD) eiusdem fabulae II 2, 59 [314]. Cf. codice Vaticanum 1469 [1] f. 63 [v] a: *scrutinium* : *examminatio.*

1) Cf. Truculenti II 4, 58 [412] *milles* in BCD et Pseuduli arg menti prioris v. 1 in B: ad eandemque scripturam videtur redire mili nota in versum Truculenti V, 25 [917] sic intrusa: *mille.* Pseud v. 738 *ab aliis* BCD, quod est *ab allis.*

2) Hoc ibi vocabulum latere perspexerunt Hauptius Hermae t. *II* p. 229 (= Opusculorum III p. 433) et Kiesslingius Nov. annaliu t. XCVII (a. 1868) p. 634.

Militis I 1, 21 [21] non obscurandum est, quo libri spectant, *peiuriorem* [1]).

Truculenti II 2, 17 [272] sic conformaverim:

Án eo bella's quía clepisti ahénas armillás tibi?

Truculenti II 4, 19 [370] TU A, ubi *tui* Palatini. Illud natum videtur ex TIS. Ceterum exstat simillimus locus, eandem prorsus utriusque fontis discrepantiam exhibens, sed 215
nunc mihi non praesto est.

Bacchidum II 3, 120 (354):

Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere.

hinc, quod libri omittunt, addidit Camerarius. Scribe *bitet* pro *ibit.*

Mostellariae versus 5 paene desperatus quot modis sanari posse aliis visus sit e Ritschelii adnotatione petesis; mihi sic:

Exi ínquam, nidor, é pupina: quíd lates?

nidor et *pupina* contemptim dicta sunt. Nidor, qui proprie 'ignis odor adustus' [2]), largiore significatione idem fere est quod fetor. Solent enim, ut alia testimonia mittam, glossaria ita explicare: *nidore* : *fetore* (cod. Amplon.^{1} p. 355a 21); *nidor* : *fetor* (cod. Ambrosianus B 31 sup. f. 177^r: *nedor peior vel pelor*); *nidoribus* : *malis odoribus* (cod. Leidensis 67 E f. 42^v a); *nidore amoto* : *sordibus mundatis* (sic scripsi pro eiusdem codicis *nitore amotis sordilibus* ⟨ubi *li* ipsa manus 1. delevit⟩ *mund̄*). *Pupina* autem vulgariter pro *popina*, idque vocabulum vilem ac sordidam coquinam significat. Cf. Vaticani 1468 glossam: *gurgustium* : *pupinam sordidam, vel ubi porci includuntur* (*gurgitium* cod.). Cuius glossae altera pars in mentem revocat Mostellariae versum 40: *germána inluvies, rúllus, hircus, hára suis*, quo nondum observatum

1) *Peierare* verbum habes etiam in his glossis: *peierat* : *falsum iurat* (cod. Sangallensis 912 p. 210: *peiera*; Ambrosianus B 31 sup. f. 185^v: *pegerat*; Leidensis 67 E f. 47^r b: *pegerat*) et *peierat* : *qui mendacium iurat* (Leidensis 67 F^2 f. 59^r d: *mundum*). *Peiurare* est apud Placidum 'libri glossarum' a Deuerlingio singillatim editum p. 27, 5.

2) Sic interpretantur codd. Vaticanus 1468^1 f. 42^v a et Casinensis 218. Cf. etiam 'abavus' glossarum recensionis amplioris *nidar* : *nidor, odor ignis* et Philoxeni p. 143, 51 *nidor* : κνίϲϲα.

est spectare 'libri glossarum' Placidum p. 20, 6 ed. Deuerl. *hala* : *hircosus, olens.* Ibi enim *hara* scribendum; nam *hala,* quod non offendisse videtur editorem, me nescire quid sibi velit fateor.

Militis versui IV 2, 73 (1065) *tum argenti montis, non massas habet: ęthna mons non aeque altos* (sic fere CDa; nam B lacunosus) ut iustum metrum restitueret dudum Camerarius *mons* voculam tamquam glossema delevit. Quod contra Lachmannus sic correxit: *tum argénti mons; nam mássas habet: Aetná mons non aeque áltust,* coniectura vel ob repetitum illud *mons* haud sane probabili. Iam Ritschelius spondiacam *Aetna*
216 vocabuli mensuram evitans sic verba collocavit: *tum argenti montis, non massas habet: Aetna aeque non altast,* qua scriptura ob usum Plautinum *non aeque* potius postulantem improbata Kayserus et nuperrime Brixius ad Camerarianam redierunt. Ac negari quidem nequit, posse *Aetna* spondeum explere, sive ab antiqui sermonis *a* productam in prima declinatione servantis consuetudine, sive a dialecti doricae forma quae est Αἴτνᾱ explicandi viam derivas. At vide num forte sicut multa graeca, velut Ἀλκμήνη (Alcumena), λύχνος (lucinus), al., sic Αἴτνα quoque inserta *i* vocali Latini ipsorum loquenti mori accommodaverint. Accedit quod *Aetina* forma metri ratione quamquam non exigitur, tamen quodam mod[o] commendatur; nam recepta ea versus melius fluere videtur ita: *tum argénti montis, nón massas habet: Aétina non aeq[ue] áltast.* Re autem vera exstitisse *Aetina* nostrum demonstra[bi]bimus adhibitis duabus glossis, quarum alteram truncatam corruptamque habes in codicibus Vaticano 1471^2 s. IX f. 7[...] (*Aethena* : *mons*) et Leidensi 67 F^4 f. 104^{r}a (*Aethana* : *mons siciliae*), emendatiorem autem nec breviatam in eodem Leidensi^2 f. 54^{v}a talem:

> *Aethina* : *mons Siciliae* (cod. *sicilei*), *qui emit[tit] ignem*

Elegantior altera, quae sic currit:

> *Aethina* : *mons Siciliac, semper occultis ignibus a[r]dens et non numquam flammarum globos evomen[s]*
>
> cod. Casinensis 401 (eo loco in Vaticano 1471^4 lacuna est: *ethena . . agnib; . . glouos;* cod. Vaticanus 6018: *etam mons* —

& nūquam . . glob; . . Prior pars in Leidensi 67 E f. 22^{r}b servata est: *Ethna : mons sicilie semp occultis flammis ardeas*, ubi *flammis ardens* longe posthabendum patet scripturae *ignibus ardens.*

E compositis his glossis etiam aliud quid elici potest. Vides enim convenienter cum libris Plautinis CDa fontes glossarum nullo excepto omnes (nam Vaticani 6018 *etam* neutram in partem facit) exhibere *t* litteram adspiratam: itemque comparatus esse reliquas quibus illud nomen explicatur glossas ostendat haec earum enumeratio:

Aethna : nomen montis
cod. Vaticanus 1469[1] f. 4^{v}a; cod. Casinensis 218.

Aethna : mons est in Sicilia
cod. Ambrosianus B 31 sup. 148^{v} (*ethea*).

Aethna : mons, in quo umbilicus inferni dicitur esse: 217
et est in partibus Siciliae
cod. Vaticanus 1468 (*Ethná*: sic cum accentu).

In Sicilia mons Aethna
codices Casinenses 90 et 217 (*ethna*). Fragmentum est.

Nusquam habes *Aetna.* Sat memorabile igitur ac novum adspirationis exemplum eruimus.[1]

1) Inquirendum erit in codices, num forte pariles scripturae nominis frequentissimi alibi exstent. Mihi velut hae nunc praesto sunt. In Vergilii Aeneidos III v. 674 Mediceus AETHNA, Bernenses 172 et 165 *ethna* exhibent; v. 678 *aethnaeos* Gudianus fol. 70, *aethneos* Bernenses 172. 165. 184; v. 579 *ethnam* Bernenses 165 et 184; v. 554 *aethna* vel *ethna* item duo Bernenses. — In Ovidii ex Ponto epistulis II 2, 111 Kornii ABFLP *h* testantur; nempe *aetheus* bonae notae Hamburgensis (A), *ethneus* Gudianus (L) et Lipsiensis (P), *ehtneus* Argentoratensis (B), *etheneus* Basileensis (F). Ibidem 10, 23 *ehtneae* A, *ethee*^{ti} B, *ethuea* P. — Apud Solinum septies nomen montis habes. Ibi quamquam Mommsenus consulto tacet de rebus orthographicis, tamen bis aliis de causis vocabuli mentionem faciens *aethnae* testatur: 5, 15 p. 56, 7 ex H (Heidelbergensi et Bernensi 170), S (Sangallensi 187), A (Angelomontano), atque 5, 18 p. 57, 2 haec adnotat: '*aethna* libri boni cum Isidoro'. In codice Casinensi 391, quem contuli usque ad 7, 14 p. 63, nisi aspiratum non exstat nomen. — Martiani Capellae l. VI p. 218, 20 ed. Eyssenh. Bambergensis e corr. *aethnae* exhibet. [*Aetina* recepit Ribbeckius in ed. Mil. gl.]

XIII.

IN LVCILI SATVRARVM FRAGMENTA CONIECTANEA.[1]

239 1. Lucili libri XXVIII fragmentum XXXI (vers. 44) apud Nonium p. 365, 33 sic est traditum: ‘nec parvo catullo pretio’, quae codicum memoria dici nequit quam varias procrearit virorum doctorum coniecturas. Etenim aut sic discriminarunt litteras illas ‘nec paruocat ullo pretio’ — hinc Ianus Dousa: ‘nec provocat ullo me pretio’, quocum facit Gerlachius[2]: ‘nec provocat ullo pretio’; aut hoc modo: ‘nec paruo catullo pretio’, unde natae coniecturae Ios. Merceri ‘nec paruo catullio pretio‘ uel ‘nec paruo catillo[3] pretio’ et Luc. Muelleri, qui in ipsam fragmentorum seriem recepit alterum illud Mercerianum ‘nec paruo catillo pretio’, in adnotatione vero critica de hac fragmenti forma cogitavit: ‘nec parvo catulum pretio – – – ◡ –’. Mihi quidem exquisitius aliquod videtur latere vocabulum. Namque cum admodum simile sit veri, ad eandem hunc versum spectare rem ad quam v. 43, ubi de cibicida quodam agitur: ‘piscium magnam atque altilium vim interfecisti. — at nego’ noluerim cum Luc. Muellero ad iambos transire (nec páruo catulum prétio – – ∠ ◡ –), sed illius versus et metrum et sententiam amplexus una ‘c’ litterula in ‘s’ mutata sic potius scripserim: ‘nec paruo satullo pretio . . .’ Quod secutum sit ‘satullo’ verbum obiectum nescimus; suppleverit fortasse quispiam tale quid:

Néc paruo satúllo pretio [véntris rabiosám famem.]

[1) Commentationes philologae in honorem Georgii Curtii editae (Leipzig 1874) S. 239.]

2) Gerlachii iudicium in nota prolatum ‘utrumvis ferri potest: et *parvo catulio pretio* et *nec provocat ullo pretio*’ caret iudicio.

3) Cfr. Lucil. inc. 50: ‘hunc pontes Tiberinu’ duo inter captu catillo’. [Cf. Prodr. p. 320 sq.]

Satullandi verbo a 'satullus' adiectivo[1] derivato Varro 240
usus est in saturis Menippeis[2] loco apud Nonium p. 171, 14 seruato 'Satullem pro saturem. Varro περὶ αἱρέσεων: neque in puluere mitico coquam carnem, quibus satulem corpora ac famem ventris' quem Scaliger Coniectaneorum p. 40 sic emendavit:

Neque ín polubro mýstico coquám cárnes,
Quibús satullem córpora ac famém véntris.

Idem verbum — fortasse ex Nonio desumptum — habes in 'Onomastico Vocum Latino-Graecarum' ad calcem Thesauri Vulcaniani edito p. 135: 'Satullo : χορτάζω'. [Cf. p. 125.]

2. Itineris Siculi praeclare a Lucilio in libro tertio descripti perlepidum fragmentum hoc est apud Gellium XVI 9, 6 servatum (III 11—14 apud Luc. Muellerum):

Verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
Susque haec deque fuere, inquam, omnia, ludu' iocusque;
Illud opus durum, ut Setinum accessimu' finem:
Αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

In extremo versu meum si sequeris sensum miserum in modum languet illud 'Aetnae *omnes*' collatum cum his quae in eodem versu habes vocabulorum paribus: 'αἰγίλιποι montes' et 'asperi Athones'. Cui loco aptius puto nihil cogitari potest quam vocabulum montem confragosum ac salebrosum significans; en habes: '*ocres*'. Apud Festum enim p. 181 a 17 haec exstat glossa: 'Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, *montem confragosum* vocabant, ut apud Livium[3]: "Sed qui sunt hi, qui 241

1) Praeter Varronis locum de re rustica II 2, 15 'ut agni satulli fiant lacte', quem solum norunt lexicographi cfr. 'Excerpta ex vet. lex. graecolat.' in Bonaventurae Vulcanii Thesauro utriusque linguae (Lugduni Batavorum a. 1600) p. 342, 2 'Satullus sum : κεκόρεσμαι', unde hausit Carolus Labbaeus (Cyrilli Philoxeni aliorumque veterum glossaria . . . Lutetiae Parisiorum a. 1679) p. 104d: κεκόρεσμαι : satullus sum'. [Cf. Buechelerus in Wölfflini archio I fasc. II p. 103.]

2) Cfr. Varronis Saturarum Menippearum reliquias ed. Alexand. Riese p. 192, 1.

3) Apud Ribbeckium² ex incertis Livi tragoediis fragmenta II. III. IV. V. p. 5.

ascendunt altum ocrim?" et "celsosque ocris arvaque putria, et mare magnum" [et] "namque Taenari celsos ocris" et "haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri". Ceterum cfr. de hac voce, quae ne Umbrorum quidem linguae deest, G. Curtium 'Grundzüge'[3] p. 127, Aufrechtum et Kirchhoffium 'Monumenta ling. Umbr.' II 64, Corssenum 'Aussprache Vocalismus etc.'[2] I 394 II 378.

In eodem versu exstat αἰγίλιποϲ vocabulum, de cuius forma miror quod Luc. Muellerus dubitat in commentario p. 203: 'αἰγίλιποι non αἰγίλιπεϲ cdd. omnes adstruunt; unde mutare non sum ausus, sicut ne Hertzius quidem; quamquam fatendum apud Graecos scriptores illius formae exemplum non iam extare'. Alio loco propediem quae mihi huius formae minime dubiae ratio videatur esse demonstrabo. [Cf. Prodr. p. 337.]

3. Ex libris incertis fragmentum XIV hoc est: 'inguen ne existat, papulae, tama, ne bova noxit'. Cum hoc versu Luc. Muellerus[1] adscriptis graecis litterulis α β δ γ tria alia fragmenta coniunxit, in quibus item morbi commemorantur: frgm. XI 'querquera consequitur capitisque dolores, infesti mihi tam quam Rhondes Icadionque', frgm. XII 'iactans me ut febris querquera', frgm. XIII 'haec odiosa mihi vitiligost. — num dolet? inquit'.

Mihi contra ad certum aliquem librum versus ille 'inguen ne existat, papulae, tama, ne bova noxit' videtur esse reuocandus. Duos enim illos morbos, *tamam* dico et *bovam*, certis grammaticorum[2] testimoniis constat ex nimio itineris labore veteribus visa esse nasci: cfr. Festum p. 360 b 18 '*Tama* dicitur, cum *labore viae* sanguis in crura descendit et tumorem facit'. [Cf. Prodr. p. 312.]

Paulum Festi p. 30, 13 'Boua serpens est aquatilis, quem Graeci ὕδρον vocant, a qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor *viae labore* collectus bova appellatur'.

---

1) Praeivit Dousa, qui fragmenta XI. XIV. XIII. composuit adiectis duobus versibus hisce 'Tum laterali' dolor certissimu' nuntiu' mortis' et 'Nos esse arquatos? surgamus eamus agamus' qui nunc sunt apud Luc. Muellerum 'magis suspect.' III et XXX 39.

2) Tertium similis morbi genus commemorat Paulus Festi p. 89, 8 'Flemina dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos'.

Glossa ex codice quodam Amploniano a Francisco 242
Oehlero in Novorum Annalium tom. supplem. III. (a. 1847) p. 279b 47 edita: 'Boa·: tumor pedum *prae itinere*'.[1]

Praeterea unusquisque scit *papulas* iter facientibus saepissime molestas esse: atque *inguinis tumorem* nimio viae labore colligi amici cuiusdam medicinae peritissimi comitas me docuit. Atqui scimus versibus nonnullis ex tertio libro servatis Lucilium eiusque amicum de itinere Siculo faciendo inter se egisse; cfr. fragmenta II 'et saepe quod ante | optasti, freta Messanae, Regina videbis | moenia, tum Liparas, Phacelinae templa Dianae' III 'viamque | degrumabis uti castris mensor facit olim' IV 'bis quina octogena videbis | conmoda; tunc Capua quinquaginta atque trecenta'. Itaque quam apte verba 'inguen ne existat, papulae, tama, ne bova noxit' ad colloquium illud amicorum referantur, nemo iam est quin videat. Etenim ut alteri 'viam degrumanti' alter obiecisse videtur (frgm. VI) 'praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum', sic nimium eundi laborem unius diei spatio tribuenti respondisse cogitari potest:

[tale itiner mihi non arridet; namque cavendumst]
inguen ne existat, papulae, tama, ne bova noxit.

4. Libri XXVI frgm. VII vers. 9:

'Ut ego efficiam quod te inprimis cupere apisci intellego'

'efficiam' Luc. Muellerus recepit Lipsii coniecturam amplexus; e Nonii codicibus haec apud illum habes enotata: '*effuciam* L 1 m. 1, *effutiam* idem 2, *effugiam* G'. Luce igitur clarius ad *effugiam*[2] spectat codicum memoria: quaeritur iam, num haec versus forma, ut viris illis doctis visum est, mutetur necesse sit. Minime puto. In libro enim vicesimo sexto Lucilius cum amico quodam collocutus de vitae bene instituendae rationibus videtur egisse: cfr. v. 10 'hunc laborem

1) Sic enim glossam illam, quam Oehlerus exhibet talem: 'Bea : tumor pedum pro itinere' scribendam alibi ostendam. [Cf. Prodr. p. 312 et Gloss. nom. p. 24, 315.]

2) Gerlachius, qui sic edidit 'ut ego effugiam, quod ego te inprimis cupere apisci intellego' qualem voluerit Lucilio tribuere versum nescio. [*effugiam* recte Lachmannus v. 542.]

243 sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat' v. 11 'quid cavendum tibi censeres, quid vitandum maxume' v. 20 'quare hoc colerest satius quam illa studium omne hic consumere'. Atqui alii huius libri traditi sunt versus, quibus Lucili eiusque amici de nonnullis rebus sententias non modo non easdem sed plane contrarias fuisse docemur: cfr. v. 19 'summis nitere opibus, at ego contra ut dissimilis siem', v. 21 'et quod tibi magno opere cordist, mihi vementer displicet'. Ad hanc sermonis partem pertinere puto versum illum:

[Inde fit]
Vt ego effugiam, quod te inprimis cupere apisci intellego.

Ceterum bene contulit Ianus Gulielmius in Verisimilium (Antverpiae a. 1582 p. 50) libri II capite IX cum hoc Lucili versu Terentianum Andriae II 1, 32 (332) 'Nuptias *ecfugere* ego istas malo quam tu *apiscier*'.

5. Lucili versus III, 11 apud Paulum Festi p. 122 sic est traditus: 'Inde Diciarchicum (sic Guelf., Mon.; L 116: dici arthicum) populos Delumque minorem'.

Luc. Muellerus scripsit 'Dicarchitum' eamque ipsam formam testatur etsi non novus Pauli codex, at impressus liber codicis instar aestimandus. In calce enim Salomonis quod vocatur glossarii a. 1483 fere ex codice s. XII monasterii ss. Udalrici et Afrae Augustani ut videtur impressi inde a fol. 238 editum est glossarium, quod praeter glossas hebraicas et latinas Isidori similes ex Pauli epitoma excerpta continet[1], quorum scripturae bonae notae sunt eorumque quos O. Muellerus 'optimos' vocat codicum indoli persimiles.

Ibi fol. 270^{v} Pauli glossa (p. 122 ed. O. Muell.) sic fere exstat: 'Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum; cui successit postera Puteola, quod municipium grecum antea Dikiakchia vocitatum est. Unde Lucilius: inde Dici archi-
244 tum populos, Delumque minorem'. Habes *Diciarchitum*. De reliquis glossis ex Paulo excerptis, quae quidem cum

1) Idem vidit — et difficile sane erat non videre — Herm. Kettnerus in programmate 'Kritische Bemerkungen zu Varro und lat. Glossaren.' ed. Hal. a. 1868 inscripto p. 25—37.

Lucili versibus aliquo coniunctae sunt vinculo, haec protulisse satis habeo:

Lucil. inc. v. 54 apud Paulum p. 32. servatus, in Glossario fol. 248^{r} exstat talis: 'Hec ībubinat, a contra te ībulbitat'.

Lucil. inc. frg. LIX. Paul. p. 44. Gloss. fol. 249^{r} 'Carissam apud Lucilium vafrum significat'.

Lucil. inc. frg. LXXX. Paul. p. 50. Gloss. fol. 248^{v} 'Callala cortices nucum . . . continetur'.

Lucil. inc. v. 94. Paul. p. 70. Gloss. fol. 259^{r} 'Depuvere cedere. Lucilius: Palmisque misellam depuivit me, id est verberavit me, quod ipsum ex Greco est apotupaein'.

Lucil. XV, 28. Paul. p. 96. Gloss. fol. 263^{v} Lucil. inc. v. 95. Paul. p. 132. Gloss. fol. 269^{v} Lucil. inc. v. 25. Paul. p. 195. Gloss. fol. 276^{r} Lucil. inc. v. 101. Paul. p. 208. Gloss. fol. 277^{v}	discrepantia nulla aut certe memorabilis nulla.

Lucil. inc. v. 98. Paul. p. 164. Gloss. fol. 272^{v} 'Nequam aurum est auris quodius vehementius ambit . . .'

Lucil. inc. frgm. XXVIII. Paul. pag. 175. Gloss. fol. 273^{r} 'Nocti iugam Lucilius cum dixit, obscenum significat'.

Hoc loco 'noctilugam' Pauli codd. Guelf. Mon. 'noctinugam' L. 116; Luc. Muellerus scribendum coniecit 'noctiiugam vel potius noctiugam' quod ipsum in Salomonis glossarii appendice exstare modo vidimus. Nihilo tamen setius minime comprobo Luc. Muelleri emendationem, sed 'noctipugam' scribendum esse habeo persuasissimum: qua de re alibi plura. [Cf. Prodr. p. 309 sqq.]

6. Quoniam pervenimus ad grammaticorum locos a glossographis excerptos non inutile esse duco paucis adumbrare, quae intercedat ratio inter Nonii caput illud alphabetico ordine digestum (p. 68—189) et glossarium quoddam codicis bibliothecae Leidensis Batavorum publicae 'XVIII N 67 F'[1], IX vel ut aliis videtur VIII saeculo scripti, quod pertinet inde a fol. 142^{r}: 'INCIPIVNT GLOSAS AGELLI ET MAR- 245

1) Alibi plura de hoc codice insigni bibliothecae Leidensis administratorum liberalitate ad meum usum Lipsiam transmisso. [Cf. Prodr. p. 170 sqq.]

CELLI' (haec litteris mirum in modum contortis scripta sunt) 'Aput : iuxta Abstenens : subrius Adipatum : pinguae' . . . usque ad fol. 147^{r} . . . 'Uiere : uincere Undulatũ : dilatatum purum Zonatim : ingenuo℞'. Primus de hoc glossario nonnulla communicavit *Luc. Muellerus*, qui maximam eius partem lemmata esse simul cum interpretamentis, omissis tamen auctorum locis, ex Nonii illo capite excerpta demonstravit: cfr. illius 'Sammelsurien' n. V. in nov. Annal. tom. 93 (a. 1866) p. 389. 390 et eiusdem 'Quaestionum Lucilianarum librum' Lucili fragmentis praemissum p. XXXVI. Ut autem accuratius de illarum glossarum pervetustae membranae indole iudicari possit, inde edam illas quae apud Nonium Lucili versus continent omnes.

Lucil. libri I	frgm. 11	Non. 158, 6:	Pausa : qui esce
I	14.	Non. 117, 21:	Gangrena : cancer
	16.	Non. 161, 14:	Popinones : a popinis
	17.	Non. 174, 26:	Scelerosus : sceleratus
	28.	Non. 159, 22:	Protollere : differre
	29.	Non. 159, 24:	Priua : singula priuata
II	1.	Non. 129, 28:	Inpono : inpune
		Non. 167, 20:	Rapinatoris : raptoris
	4.	Non. 102, 18:	Exculpere : extorquere
	14.	Non. 102, 7:	Excantare : excludere subripere
	15.	Non. 187, 18:	Uulga : sinuosum
III	24.	Non. 86, 14:	Caballi : ubi primum lecti sint
	38.	Non. 173, 14:	Sentencia : a senciendo
	39.	Non. 164, 30:	Ructus : a ructando
	48.	Non. 123, 20:	Incitas : egestas
IV	15.	Non. 158, 14:	Puellus : pueros
	23.	Non. 81, 9:	Comest : comedit
V	2.	Non. 173, 14:	Sentencia : a senciendo
	19.	Non. 154, 25:	Primiter : prime
	(27.	Non. 133, 19:	deest)
VI	30.	Non. 158, 26:	Pecus : non quadrupedia et omnia animancia mundi
	2.	Non. 111, 17:	Facul : faciliter

	3.	Non. 159, 30:	Prodigitas : a prodigendo	246
	7.	Non. 181, 25:	Tenta : extensa	
	9.	Non. 136, 30:	Macellus : macilentus ('l' supra 'c' scripta)	
	12.	Non. 137, 22:	Musimonis : breuis muli equis similis	
	15.	Non. 68, 26:	Abstenens : subrius	
	16.	Non. 78, 3:	Bulga : follis a bulga bulla dicta qua si follis	
	17.	Non. 125, 8:	Innubere : transire	
	18.	Non. 159, 33:	Porcet : prohibet	
	19.	Non. 189, 33:	Zonatim : ingenuorum	
VII	2.	Non. 110, 10:	Flaccet : languet	
	9.	Non. 95, 12:	Desquamet : squamis spoliat	
	10.	Non. 169, 31:	Simat : depremit	
	17.	Non. 102, 18:	Exculpere : extorquere	
	18.	Non. 139, 5:	Muginari : murmorare	
VIII	8.	Non. 119, 20:	Gigeria : intestina galliarum	
	(12.	Non. 84, 10:	deest)	
IX	17.	Non. 149, 22:	Panus : panucula	
	37.	Non. 165, 17:	Redandruare : redire	
	44.	Non. 166, 5:	Ramites : pulmones	
XI	2.	Non. 181, 25:	Tenta : extensa	
XII	16.	Non. 79, 25:	Bobiatores : maliciosus	
XIII	10.	Non. 151, 10:	Pacceolus : mutacius sacculus[1]	
XIV	20.	Non. 184, 13:	Uiscus : uiscera	
XV	8. {	Non. 123, 20:	Incitas : egestas	
		Non. 143, 5:	Medie astrinus : non solum balniatores sunt et curatores legi	
	9.	Non. 124, 15:	Inuncare : unco[2]	
XVI	7.	Non. 98, 19:	Demagis : ualde magis	
(XVII	4.	Non. 134, 31:	deest)	

1) Nonius l. s. s. habet 'Pasceolus : ex aluta sacculus'; Glossarii memoria sic procul dubio emendanda: '. . . : alutaceus s.'

2) Post 'unco' sequitur nota aliqua quae quid, sibi velit nescio.

247	XVIII	2.	Non. 113, 7:	Frunisci : frui
	XIX	5.	Non. 149, 31:	Peniculamentum : uestis
		6.	Non. 176, 7:	Singulatim : singillatim
	XX	2.	Non. 150, 33:	Praecisum : omasum
		3.	Non. 137, 28:	Mycteris : pauper appatus
	XXII	5.	Non. 149, 7:	Petulum : tenuae
	XXVI	7.	Non. 74, 29:	Apisci : (excidit interpret.)
		11.	Non. 78, 3:	Bulga : follis a bulga bulla dicta qua si follis
		12. } 18.	Non. 88, 31:	Cordi est : cure est ('u' supra 'ur' scripta)
		24.	Non. 110, 26:	Folli culum : corpus
		25.	Non. 186, 32:	Uescum : minutum
		30.	Non. 74, 23:	Aberuncare : euertere
		31.	Non. 126, 4:	Inuidiosum : uitauile
		34.	Non. 96, 1:	Doemuotionem : domoicionem
		35.	Non. 88, 28:	Contemnificum : contemtorem
		38.	Non. 125, 30:	Inluuies : sordes
		40.	Non. 158, 11:	Prosferari : prosperari
		(42.	Non. 138, 25:	deest)
		46.	Non. 186, 29:	Uiriatum : uiribus pollentum
		49.	Non. 103, 32:	Eleuiem : purgationem
		50.	Non. 103, 29:	Eleuit : perleniit polluit
		56.	Non. 88, 26:	Cribrum : ubi legatur aput ueteres
		57.	Non. 97, 6:	Depeculassare. D deargentasse re dedauticare } sic!
		58.	Non. 97, 10:	Diffare : dissipare
		59.	Non. 110, 16:	Fulgoriuit : flamminauit
		60.	Non. 117, 29:	Genium : parsimonia
		61.	Non. 138, 21:	Morticus[1] : a mordendo

1) Inter 't' et 'i' lineola ducta et 'di' litteris supra 'ti' scriptis.

62. Non. 165, 13: Repedare : pede iterare, reuerti
63. Non. 183, 30: Uegrandi : ualde grandi
XXVII 20. Non. 88, 7: Tibicidas : tibicinas[1] 248
21. Non. 88, 16: Canicas : furfures
32. Non. 74, 20: Ardum : pro larido
33. Non. 88, 9: Contenturum : contentum
34. Non. 138, 18: Mutuum : mutuo
XXVIII 11. Non. 150, 15: Praecox : praecoca
13. Non. 107, 30: Eugium : media pars
14. Non. 121, 7: Hornum : ipsius anni
(20. Non. 74, 13: deest)
21. Non. 175, 21: Subsicium : sequens
(32. Non. 175, 33: deest)
XXIX 1. Non. 97, 4: Diletio : pernicies
12. Non. 110, 23: Fabtorem : factorem
(19. Non. 74, 10: deest)
51. Non. 172, 6: Sacias : sacietas
61. Non. 74, 4; Aeranum : aeri nota ('aeri nota' in ras.)
64. Non. 171, 4: Signatam : integram
65. Non. 186, 26: Uomica : caua
84. Non. 153, 17: Permiciis : pernicies
XXX 14. Non. 173, 21: Speciem : specimen
15. Non. 175, 15: Simitu : simul
(16. Non. 180, 2 }
20. Non. 143, 33 } : desunt)
27. Non. 124, 32: Incilare : increpare inprobare[2]
30. Non. 121, 3: Hilum : breue
39. Non. 117, 33: Gemie : golosi
40. Non. 118, 9: Gerduis : toxtor
43. Non. 81, 9: Comest : comedit

1) Sic cum ea quae praecedit glossa conglutinata:
Cluet : nominatur
praeferitur tibicinas
tibicidas.
2) Inter 'in' et 'crepare' lineola ducta est.

46. Non. 157, 12: Potus : a uiuendo

249 70. {Non. 125, 30: Inluuies : sordes
{Non. 160, 17: Petigo : genus morbi

94. Non. 160, 20: Porrigo : morbus

(75. Non. 175, 12: deest)

80. {Non. 81, 31: Cuia : cuius
{Non. 87, 32: Cluet : nominatur praeferitur

81. Non. 83, 10: Caries : pudrido ('u' supra 'u' scripta)

82. Non. 96, 9: Deblaterare : male loqui

83. Non. 140, 10: Mansum : a mandendo

(84. Non. 143, 17: deest)

85. Non. 181, 25: Tenta : extensa

Ex libris incertis 10. Non. 188, 24: Vermiculatim : minutim

(46. Non. 72, 8 }
(47. Non. 120, 14} : desunt)

129. Non. 94, 5: Coxendicas : coxas

130. Non. 165, 13: Repedare : pede iterare, reuerti

Magis suspect. 1. Non. 112, 4: Frustatim : frustilatim

Haec excerpta qui diligentius cum Nonii codicum memoria contulerit, eum minime fugiet, id quod Muellerus quoque l. s. s. significavit, nonnullis glossis lemmatum interpretamenta, quae in codicibus Nonianis exciderunt, esse servata[1], aliis scripturas ab illius librorum vulgata quae vocatur prorsus discrepantes traditas.

Cuius quidem generis duae quasi classes sunt discernendae; exstant enim I) glossae, quae interpretamentis ipsis

1) Velut confer quas supra exscripsimus glossas ad Lucil. XXVI 34. 35. 1. 62. XXIX 1. al. pertinentes. Ex aliis cfr. quae ad tres solas Nonii paginas (69—71) pertinent exempla quattuor haece:

Non. p. 69, 17: Aquilex : Varro . . .
Gloss.: Aquilex : aquam colligens
Non. p. 70, 18: Architectari : Cicero . . .
Gloss.: Ancitectari : conponere
Non. p. 70, 30: Amatio : Plautus . . .
Gloss.: Amatio : amor
Non. p. 71, 30: Adulescentiaris : Varro . . .
Gloss.: Aduliscenciaris : pro luxoriaris.

carentes notas ut videntur eius qui excerpsit prae se ferunt[1]: 250
velut supra allatae Lucil. III 24: 'Caballi : ubi primum lecti sint' XXVI 56: 'Cribrum : ubi legatur aput veteres' et haece:

Non. p. 69, 22 'Aequimentum positum est . . .'
Gloss. Quid sit equimentum
Non. p. 69, 28 'Aerificium dictum, quod fit ex aere'.
Gloss. Quid erii ficium sit
Non p. 83, 23 'Cupas. Varro . . . Idem . . .'
Gloss. Cubas : ubi legeris
Non. p. 86, 18 'Coda. Varro . . .'
Gloss. Coda : ubi lecta sit

cfr. praeter alias multas: 'Cystas : ubi lectum sit' cum Non. p. 91, 26. 'Exedram : ubi lectum sit' cum Non. p. 107, 6.

II) Sat saepe glossae non cum reliquo codicum Nonianorum grege, sed — id quod Lucianum Muellerum videtur fugisse — *cum solis scripturis in margine codicis Guelferbitani traditis* mirum in modum consentiunt.

	Nonii p. 137, 28 libri sic fere:	Myctyris : paupercula pulmentaria
	In margine G codicis:	Mictilis : pauper apparatus
	Glossa supra exscripta XX 3:	Mycteris : pauper appatus
XXVI 63	Nonii p. 183, 30 libri:	Uegrande : ualde grande
	margo G:	Uegrandi : ualde grandi
	Glossa:	Uegrandi : ualde grandi
XXVII 20	Nonii p. 88, 7 libri:	Tibicidas : (excidit interpret.)
	Margo G:	Tibicidas : tibicinas
	Glossa:	Tibicidas : tibicinas
XXVI 40	Nonii p. 158, 11 libri:	Prosferari : inpetrari
	margo G codicis m. 2.:	Prosferari : prosperari
	Glossa:	Prosferari : prosperari

Alia exempla, quae ad Lucilium non pertinent, ex permultis hausi haece:

1) Illis potissimum locis glossographus has notulas adscripsisse videtur ubi, cum ne ipse quidem tradita repperisset interpretamenta, nolebat glossarum seriem hiare.

251 Nonii p. 69, 6 libri: Adamare : Cicero . . .
Margo G codicis: Adamare : obligare; ab hamo tractum
Glossa: Adamare : oblegari inherere ab amo trahere

Nonii p. 71, 25 libri: Aboriatur : pro abortu
Margo G codicis: Aboriatur : pro abortet
Glossa: Aboriatur : per auortet

Nonii p. 83, 2 libri: Conmictilis : Pomponius
Margo G codicis: Conmictilis : compositi
Glossa: Conmicilis : conpositi

Denique illud nolo silentio praetermittere, quod ubi Nonii codicum lemmata nominativos exhibent, glossarum memoria[1] non raro ad eorum quae statim apud Nonium e scriptoribus afferuntur exemplorum spectat casus: sic glossa bis iam commemorata 'Uegrandi : ualde grandi' ('Uegrande : ualde grande' Nonii libri) ad Lucili versus XXVI 63:

'Non idcirco extollitur nec veitae *vegrandi* datur'

'uegrandi' formam spectat. Praeterea cfr.:

Non p. 107, 6: 'Exedr*a* : . . . de oratore lib. III. . . . in eam iam exhedr*am* . . .'
Glossa: 'Exedr*am* : ubi lectum sit'

Non. p. 112, 14: '*Fugere* dictum est deterius fieri. M. Tullius . . . si qui vinum *fugiens* . . .'
Glossa: 'Fugiens : deterius'

1) Idem scilicet cadit in marginis G codicis notas.

XIV.

Zu Catullus.[1]

Bei Catull 38, 10: 477

Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs
Aut *parcus* Vmber aut obesus Etruscus —

hat man das handschriftliche *parcus* auf verschiedene Weise zu verbessern gesucht: *porcus* substituirte Scaliger, *fartus* Venator (Vossius?), was L. Müller aufnahm, *pastus* Vossius, was Schwabe billigte. Aber mit Buchstabenconjecturen wird man hier überhaupt nicht zum Ziele kommen und durfte vor allem nicht eine anderweite Ueberlieferung ausser Acht lassen, die neben den Catullhandschriften existirt: eine 'indirecte' allerdings [mit der freilich anderwärts viel Missbrauch getrieben worden: F. R.], aber darum eine nicht minder zuverlässige. In den von Ang. Mai im 7. Bande der 'Classici auctores' gegebenen Excerpten aus dem Codex Palatinus 1773 saec. X (über den ausführlich A. Wilmanns im Rhein. Mus. Bd. 24 S. 363 ff. handelt) finden wir nämlich p. 574a die 478
Glosse: *pinguis, grassus, nam obesus plus est quam pinguis. Catullus ait: aut pinguis ubera aut obesus et prossus.* Dass der Catullische Vers den Unterschied von *pinguis* und *obesus* illustriren soll, ist klar; aber wer kann es glaublich finden, dass das allgewöhnliche *pinguis* unter den Händen der Abschreiber zu *parcus* geworden sei? Nein, jene Glosse führt uns nur erst auf den Anfang des Weges, der durch Combination mit sonstiger Glossarienüberlieferung weiter zu verfolgen ist. Schon das ist sehr auffallend, dass sich in der Incunabel des Glossarium Salomonis unter dem Lemma *pinguis* auch nicht die Spur einer der obigen ähnlichen Glosse

[1) Acta II S. 477 f.]

findet. Wohl aber hat sich eine solche an zwei andern Stellen, nur ohne das Dichtercitat[1], daselbst erhalten. Nämlich fol. 41^{v} a-b: *Crassum et crassum* (schr. *grossum*) *hoc interest. crassum* (schr. abermals *grossum*) *corporis est pinguedinis. nam crassum animi et crudelitatis. Rursum inter crassum et obesum, quod crassus pinguis est. nam obesus plus est quam pinguis.* Und in dieser zweiten Hälfte ebenso fol. 143^{v}a: *Obesus et crassus differt. crassus pinguis est. nam obesus plus est quam pinguis.* Es kann keine Frage sein, dass beiden Fassungen, der im Gl. Sal. und der bei Mai, eine und dieselbe vollständigere Glossengestalt zu Grunde liegt, nur dort mit Weglassung des Citats, hier mit einer Kürzung, mit der zugleich Umstellung von Lemma und Erklärung, sowie das Eindringen der letztern in das Citat, Hand in Hand ging. Also: die 'differentia' von *crassus* und *obesus* soll durch den Vers des Catull veranschaulicht werden, den der Verfasser zweifelsohne in dieser Gestalt las:

Aut crassus Vmber aut obesus Etruscus.

Der Uebergang von *crassus* in *parcus* ist sicher nicht schlimmer als der von *etruscus* in *et prossus.*[2]

---

1) Dies darf nicht Wunder nehmen, da ja die Incunabel trotz ihrer c. 30000 Glossen nur eine Epitome des grossen Originallexicons enthält.

[2) Vgl. Prodr. S. 66 f.]

XV.

Zu Laevius.[1]

In dem 19. Fragmente des Laevius (p. 81 der Müllerschen Catullausgabe) 'inibi inruunt cachinnos | ioca dicta risitantes' ist das erste und letzte Wort kritisch sehr unsicher. Wir wollen *inibi* bei Seite lassen und nur jenes *risitantes* zu erledigen versuchen. Ueber den Sinn des Fragmentes kann ja kein Zweifel obwalten: es gilt nur, für das *riisitantis* der Handschriften des Nonius p. 209, 27 die probabelste Aenderung zu finden. Ich möchte weder *risitantes* (Carrio), noch *missitantes* (so Bothe, von L. Müller mit einem 'fortasse recte' angeführt und von Quicherat als *missitant* aufgenommen), noch *usitant* (Vossius), noch auch *visitantes* (daran denkt Bothe auch), sondern *lusitantes* schreiben, also an dem handschriftlichen *riisitantis* nur *r* in *l* ändern. Das Verbum *lusitare*, welches wir ausser bei Plautus Capt. V 4, 6 (1003) . . . *coturnices dantur quicum lusitent* und Gellius XVIII 13, 1 *Saturnalibus Athenis alea quadam festiva et honesta lusitabamus*, auch in der Glosse

lusitatio : ludus brevis

Mai VI p. 532 b; cod. Leidensis 191[3] (*luscitatio ludis*). Vgl. auch glossarium Salomonis *lusitatio* : *lusus* und Papias *lusitatio* : *lusus brevis, cachinnus.*

finden, passt zu der Sprache des Laevius wie zu dem Inhalte des Fragments auf das Beste.

[1) Acta VI S. 351 f.]

XVI.

Suetoniana.[1]

(*carracutium. limbus.* ‘voces animantium.’ alia)

1.

In codice Vaticano 3321 saec. VIII scripto, quo Angelus Maius Classicorum Auctorum t. VI p. 514a parum diligenter usus est, hanc habes singularem memoriam: ‘caracutium. uehiculum altissimarum rotarum capsique deuexi. quo solo in campania pro arenas [*s* add. m. 2] siluae gallinariae uereuantur antequam lapide stenerentur’, ubi lemma ‘ca*rr*a-cutium’ scribendum docent Isidori quem mox afferemus locu[illegible] et ‘ca*rr*um’ similiumque vocabulorum ἀναλογία, reliqua au[illegible]tem sic mecum emendabis: ‘vehiculum altissimarum rotaru[illegible] capsique devexi, quo solo in Campania pro arena silva[illegible] Gallinariae ferebantur, antequam lapide sterneretur’. E[illegible]quisitam glossam e fonte perquam bono fluxisse appare[illegible] neque enim frequens est apud veteres illius silvae pro[illegible] Cumas sitae mentio, et prorsus nova occurrunt carracu[illegible] accuratior descriptio, eiusdem in Campania (ubi eiusm[illegible] vehicula ipse vidi) usus, silvae Gallinariae stratura. Auct[illegible]rem ipsum qui quaesiverit facile de Suetonio cogitabit, [illegible] in Pratorum libris similia multa tractaverit. Immo pro ce[illegible] ad illum rettulerim, cum Isidorus, qui in Originibus ex n[illegible] frequentius hausit, ipsius huius glossae caput servaverit ita: ‘carracutium: vehiculum altissimarum rotarum.’ Omisit autem reliqua ut doctiuscula, de suo ipse addens pro libri rationibus nugas etymologicas: ‘quasi currum acutum.’ Ex Isidoro pendent glossarium arabicolatinum Vulcanii p. 702, 37 Papias-

[1) Rhein. Museum Bd. 34 (1879) S. 491 ff.]

que et Osbernus Maii l. s. s. t. VIII p. 107 coll. 142. Iam si recte Suetonium agnovimus (quode non video cur dubites), reliqua, quae apud Isidorum habes paullo exquisitius de re vehicularia exposita, ex eodem fluxisse veri est simillimum.

2.

Libentius etiam, nisi fallor, sententiam meam probabis, ubi Suetoniana in illo et cognatis glossariis nominatim afferri audiveris. Repperi enim in gemello Vaticani 3321 fratre qui
est codex Casinensis 439 saec. XI glossam quam Vaticanus 492
6018 non magis exhibet quam 3321 hanc: 'limbus fasciola quaedam [*quadam* cod.] assuta extrinsecus vel extrema pars inaurate uestis set ut solent hominibus dici ornamentum capitis significat'. Ibi quinam sint illi homines quibus dici solet non sine corruptelae gravi suspitione dubitanti mihi succurrit 'aa' ut appellavi glossarii memoria, unde minus foedas scripturas enotavi 'sed ut soet homisus dicit' (e Casinensi 401) et 'set ut sue omisus dicit' (e Vaticano 3320); est enim 'soetomisus' ille purus putus noster Suetonius. Novum habes exemplum librariorum socordiae, qua Suetonii haud aliter atque earundem ab initio litterarum nomen Suei corrumpere solent. Confer velut 'Sindonius' (apud Reifferscheidum p. 247), 'Seetonius' (p. 273), 'Sitonius' (p. 350). Ceterum idem obtigit prae ceteris Laevio et Lucilio. Novum Pratorum fragmentum ex libro 'de genere vestium' petitum esse patet, quo Reifferscheidus praeter alia rettulerat ex Isidoro Originum XIX 31 haustum hoc supplementum: 'ornamenta capitis feminarum nimbus est fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus . .' Glossae testimonium vides confirmare opinionem Reifferscheidi, praecipuam libri undevicesimi partem ex Suetonio derivantis. Isidori contra memoria docet glossam non mediocriter turbata exhibere. Quae enim in principio eius legimus 'limbus : fasciola quaedam assuta extrinsecus . .', haec olim ad Suetonianum quod in fine est interpretamentum pertinuisse censenda sunt. Unde paullo audacius sic quispiam pristinam formam restituerit: 'limbus : extrema pars inauratae vestis; sed, ut Suetonius dicit, ornamentum capitis signi-

ficat. est autem fasciola quaedam assuta extrinsecus', vel similiter. 'Limbus' et 'nimbus' glossographo pro eodem prorsus sunt. Restat ut quaeramus unde manaverit scholion in glossaria. Non ex ipso Suetonio opinor. Videtur potius e pleniore Vergilii Aeneidos IV 137 commentario, ubi Servius haec tantum: 'limbus est . . fascia quae ambit extremitatem vestium', quali e fonte fluxit frgm. 167 (p. 267 Reiff.) in 'libro glossarum' servatum, ut docet idem Servius ad v. 262. Ceterum Suetonianae interpretationis reliquias in glossariis repperi nullas praeter memoriam quae est in 'asbestos' glossis hanc: 'limbus : fasciola deaurata vel ornamentum capitis', quam e supra prolata in brevius contractam esse apparet. Iuvat addere alia e glossis petita, sed ita, ut discriminanda separemus et nullius momenti discrepantias omittamus. Pleraque autem glossularum pars redit ad eundem illum Aeneidos versum, velut hae: 'limbum : clavum transversum in veste, ut: 'Sidoniam picto clamidem circumdata [*circumlita* ex *circumlata* Palatinus 1773] limbo' (liber glossarum); 'limbo : clavo' (idem); 'limbo : purpura' (Placidus p. 62, 10); 'limbo : circuitu chlamydis' (Vaticanus 3321, Casinensis 439); 'limbo : circuitu cuiuscumque rei aut ora maris' gl. 'asbestos'; Ambrosianus B 31 sup.: *lymbo dicitur*; Vatic. 3321; Casin. 439); 'limbo : ora vestis auro intexta' (Casinensis 90; glossae 'asbestos': *a. i.* om.). Aliorsum spectant: 'limbus : genus vestis muliebris, quae in ludis
493 geritur' (concinnavi ex Vatic. 3321; Casinensibus 401 et 439; Ambr. B 31 sup.; gloss. 'asbestos'; Mai Cl. Auct. VI p. 532); 'limbos : clavos in veste regali' (liber glossarum: *hostio* ex *osteo* pro *veste* Palatinus); 'limbus : clavus in veste regia' (glossae Isidori p. 685, 9); 'limbus : vestimentum, quod purpureum in imo habet clavum' (sic duce Nonio p. 541 scripsi glossam Amplonianam[1] p. 344, 31); 'limbus : margo', (Leidensis 67 E: *limbum*); 'limbus : fibulatorium' (gl. 'abavus' minores: *fibulatorum*; diversas partes vestis glossographus commutasse videtur); aliae.

3.

In prato quod est 'de naturis rerum' (frgm. 127* p. 204, 6 ed. Reiff.) haec habes: *duo sunt † axes quibus caelum volvitur; boreus quem nos aquilonium vocamus — hic* ἄρκτοι *sunt id est septemtriones, qui nobis semper apparent — cui contrarius est notius qui australis dicitur.* Pro tertio vocabulo Arevalus coniecit *poli* scribendum, ego autem proposuerim *cardines*, collata glossa codicis Palatini 1773 f. 65^{v}: *cardines mundi duo: septentrion et meridies; in ipsis enim volvitur caelum.* Neque hinc aliena codicis Leidensis 67, F^{2} f. 59^{v} 6 memoria: *polum dicit cardines terrae, quibus caelum* (sic correxi quod traditum est *polum*) *volvitur.*

Frgm. 157* p. 243, 5: *flustrum motus maris sine tempestate fluctuantis.* Nusquam si recte memini singulariter effertur hoc nomen. Itaque praeferenda codicum CDLO scriptura *flustra.*

Ibidem p. 244, 9: *ostia exitus fluminum in mare.* Fluxit hoc interpretamentum in glossarii Amploniani primi partem alphabeticam: *ostia: exitus fluminum in mare* p. 357 a 126 ed. Oehler.

Ibidem p. 242, 10: *aestuaria †omnia per quae mare vicissim tum accedit tum recedit.* Pro *omnia* scribo *momina*, quo similius proditis litteris vocabulum vix excogitaveris. Cf. glossarium 'affatim': *aestus: motus maris.* Quamquam concedendum vocem illam poetico magis quam pedestri sermoni convenire.

4.

'Voces varias animantium', quarum indices multi exstant in codicibus, sed ut pauci inter se pares sint, aliqua ex parte ad Suetonium redire diserte testatur Hugutio, cuius 494
verba e Du Cangio petita Reifferscheidus p. 247 excitat. Sunt autem in codice Vaticano Palatino 1777 a. 1394 ad finem perducto f. 23^{v} b s. *baulare* sic scripta: 'Sydonius in libro de naturis rerum'. Alterum testimonium idem Addendorum p. XI indagasse sibi visus est apud Papiam s. *vox.* Ibi enim cum legisset 'uoces mutorum animalium sic declarante efferunt: aquilas clangere . .' suspicatus est *sic* ex

Sidonio = *Suetonio* natum esse. Pro qua quidem coniectura non faciunt Papiae libri manu scripti, velut codex Christinae reginae 1482 saec. XIII/XIV: 'sic declarantes efferunt.' Atque hanc formam veram esse docet Papiae fons, 'liber glossarum' nimirum, unde Reifferscheidus p. 250 ipse Maio Cl. A. VI p. 600[1] duce eadem verba protulit: 'vocem mutorum animalium esse declarantes sic efferunt'. Eius loci integer contextus in Palatino 1773 f. 348^{r}a hic est: '*ex regula foce grammatici* . . .' . . *unde non inmerito eloquium hominum, tinnitum inmobilium, sonitum corporalium plerique testantur. nam vocem etiam* (*tam* m. 2 deletum cod.) *mutorum animalium esse declarantes sic efferunt*: *aquilas clangere* . . .

5.

Omnium laterculorum eius modi vocum ieiunissimus ille est, quem Burmannus in Anthologiae Latinae t. II p. 424 edidit indeque repetiit Reifferscheidus p. 250. Hausit ille e codice Leidensi in catalogo p. 369 n. 24 descripto (= B), sicut didici ex apographis Burmannianis (de quibus cf. Prodromum p. 169 sq.) I 3 p. 392 sq. Iterabo eundem, adscito codice Leidensi 67 F^{12} saec. IX f. 152^r (= L).

Voces variae animantium.

1. Ovis bobat 2. Canis latrat 3. Lupus ululat. 4. Sus grunnit 5. Bos mugit 6. Equus hinnit. 7. Asinus rudit 8. Ursus saeuit 9. Leo fremit 10. Elephans barrit. 11. Corvus crocit 12. Merulus frindit 13. Turdus truculat 14. Anser sclingit 15. Grus gruit 16. Milvus lingit 17. Apis bobit 18. Turtur gemit. 19. Rana coaxat 20. Hirundo minurrit 21. Populus strepit 22.

---

1) Usus est Maius codice Palatino 1773 f. 348^r, cuius adicio discrepantias. P. 250 Reiff.: *tam mutorum*, *tam* m. 2 del. | *anseres griccire uel sclingere* | *grabulos f.* | p. 312: *rachare* (*e* e corr.) | *paonteas caurire* | *uel seruire* | *linces* | *sibilare* m. 2 ex *siuilare* | *barrire* m. 2 ex *uarrire* | *magi///lare*, *l* er. | *mugire*, *i* m. 2 supra versum | *equos hinnire*, *h* m. 2 add. | *quirritare*, tertia *r* ex *t* m. 2. | *hyrcos* | *edos* | *canes*, *a* ex *u* m. 2 | *glatire*, *l* ex *r*. Ceterum non neglegendae sunt laterculi Althelmiani scripturae, quas e codicibus Parisino 8069 saec. XI et Monacensi 6292 saec. X/XI protulit Conradus Bursian in 'Jahresbericht' I (a. 1873) p. 6 adn.

Ignis crepitat 23. Cursus aquarum murmurat 24. Ferrum stridit 25. Aes tinnit.

3 ullulat *L* | 5 mugit *sive* mogit *L* | 6 aequus *B* | 8 seuit *L* | 10 elefans *L*, aelefans *B* | 11 croccit *L* | 12 merulus sclingit *B* | 17 aspis *B* | 19 *om.* *L* | 20 minurit *L* | 23 murmorat *L* | 24 stridet *B* | 21–25 *B sic collocat*: 22. 24. 25. 21. 23.

Repetii emendatiorem hunc indiculum propterea, quod prorsus eadem forma iam a. 448 exstitit eoque anno in Polemii Silvii laterculum recepta est: v. Mommseni editionem in 'Abhandlungen der K. Sächs. Gesellschaft d. W.' t. III (a. 1853) p. 276. Differentiae autem, quae inter utramque memoriam intercedunt, perlevis sunt momenti. Atque 18 et 19 rectius collocatas habet Silvius, 10 autem librarii demum eiusdem omisisse videntur. Reliqua contra praeter dubia (12. 14. 15. 16) praestant in antiquiore fonte, ut 1 *balat*; 13 *trucilat*; 23 *aquae*; quamquam 17 (ubi *bubbit* Pole- 495
mius) *bobit* praetulerim. Neuter fons integer in 24, ubi Polemius tamen propius ad verum accedens *terra stridit.* Scribo *serra stridit.*

Alterum indicem hucusque ineditum descripsi e codice Casinensi 439 saec. XI (non ut Bethmanno videtur IX et X), ubi f. 83ᵛ 6 post Eucherii glossas spiritales haec secuntur:

1. Mugiunt boues 2. Inniunt equi 3. Rudunt asini 4. Grunniunt sues. 5. Clamant homines 6. 7. Sibilant silue et serpentes 8. Crepant arma 9. Strepunt fabri 10. Latrant canes 11. Ululant lupi 12. Fremunt leones 13. Bombiscunt apes 14. Gruunt grues. 15. Grinniunt anseres 16. Gracant corui 17. Iugiunt milui 18. Frecinniunt aues 19. Minurriunt aues 20. Barriunt et stridunt elefanti 21. Balant oues 22. Flant uenti 23. Murant litora 24. Murmurant ursi 25. Tonat deus 26. Bagiunt infantes 27. Munniunt mares 28. Glochiunt galline 29. Canunt galli 30. Pipant pulli 31. Quassant rane 32. Rabiunt ianue 33. Bilbit anphora inaqua. 34. Baubantur catuli 35. Bannit canis benatica id est gatto 36. Sonat cythare 37. ////////////// [10 litterae legi nequeunt] 38. Iubilant rustici 39. Rachant coraces.

Persimilis est hic laterculus Matritensi cuidam quem

Iriarte edidit et Reifferscheïdus *M* signavit. Ibi omnia redeunt item concepta praeter ea quae respondent numeris 5, 33 (ibi M *uas* pro *anphora*; scr.: *aqua in amphora*), 34 (de 39 dubito). Meliores quam illic scripturae sunt in 8 et 18, quod contra Matritensem secutus Casinensem in his facile emendabis: 3 *rudiunt.* 6/7 *sibilant serpentes. strepunt silvae.* 23/24 *murmurant litora. urgant ursi.* 29. *cantant.* Casinensi autem duce e Matritensi, quem ex duobus vel pluribus catalogis contaminatum esse docet interpretamentorum multitudo una cum ordine alphabetico hic observato illic neglecto, sine ullo negotio segregabis certam particulam singillatim olim traditam.

Abest ab illa memoria 35 *bannit*: *canis benatica id est gatto,* ubi lemma scribe *gannit*; nam gannire non solum vulpium, sed etiam canum est: quamquam usitatius 'nictit canis venatica'. Non autem praetermittendum quod sequitur 'id est gatto'. Hoc enim additamentum esse scioli cuiusdam docent cum forma: nam Italorum est *gatto,* tum res: neque enim cattus canis venatica. Qui adiecit eum offendisse apparet, quod catti mentio fieret nulla. Atque eadem — ut primo certe aspectu videtur — lacuna reliquorum indicum omnium est, quamquam prout nunc se res habent vel in maxime tenui exiguoque laterculo eius animalis proprietatem nemo non quaesiverit. Poterat hoc novo argumento uti Victor Hehn in aureo suo libro (p. 398 sqq. ed. sec.), ubi ostendit principio demum medii quod vocant aevi homines maiorem cum cattis familiaritatem iniisse[1].

496 *Raviunt ianuae* (32), alibi ut videtur non obvium (in *M* esse iam diximus), bene dictum est de raucis valvis, vocabulo ceteroquin rarissimo.

Corvi (16, 39) vocis variae sunt formae ad eius clamoris sonitum redeuntes omnes: *crocire, crochire, grocire, croccire, groccire*; *crocare, croccare*; *crocitare*; *cracare, gracare*; *cacer(r)rare* Quod autem tot exstant ὀρθογραφίᾳ tantum inter se discre-

1) Non inutilem esse moneo ad similia studia etiam Polemii Silvii libellum supra commemoratum, in quo permulta animalium nomina enumerantur. Certus enim exstat temporis terminus a. 448, quo ibi relatorum memoria antiquior est.

pantes nihil mirum in vocabulo ὀνοματοποιητικῷ, quod asperius reddebant duplicando vel aspirando in media voce, emolliebant in principio. Latini non aliter atque eiusdem radicis populi duabus syllabis expresserunt illud, quod nobis corvi clamare videntur *krah! krah!*: nempe *crac* et *croc.* Hanc habes in *crocire* (v. v. a. = voces variae animantium), *crochire* (*crochitus* Nonius p. 45), *grocire* (idem p. 455), *croccire* (v. v. a.: *croccitus* : *clamor corui*: glossa frequentissime tradita), *groccire* vel *grochire* (Plauti in Aulularia IV 3, 2 [625] codices *grocchibat*, Nonii L. 1 *groccibat*); *crocare* (v. v. a.), *croccare* (eaedem); *crocitare* (v. v. a.: incertum utrum *crocītare* a *crocire* an *crocĭtare* a *crocare*; mihi probabilius illud, quamvis Philomelae scriptor *crocĭtare* metiatur). Altera est in formis quas glossariis ducibus vindicabo, *cracare gracare cacer(r)are. Gracare* habes in indice supra edito, quo emendatur libri Matritensis illud *grahant*, quod fortasse ex *grachant* ortum. De forma singulari dubitans repperi in glossariis 'abavus': *cracat* : *cacerrat* (ibidem *cacerrat* : *cracat*), quam memoriam iam non obscurabis cum Hildebrando[1] ad glossarium Parisinum p. 82. Quod eodem loco habes *cacerrare* vel, ut uno tantum loco glossae ampliores, *cacerare* paulo obscurius id formatum et fortasse metathesi quadam natum est. Vide num idem sit atque Italorum *chiacchierare* = 'schwatzen'. Quae coniectura si verum assecuta est, *chiacchierare* verbum a similis avis, graculi nimirum, loquacitate derivatum sit. Non autem obstat forma: cf. *chioma* = *coma.* Ultimum *rachant* : *coraces* videtur ex *crachant* vel *crahant* corruptum esse, *coraces* autem pro *corasten* emendandum in Matritensi.

1) Satis pravo ille usus iudicio etiam *crocire* formam omnino reicit.

XVII.

Zum Carmen de figuris.[1]

359 V. 154 ff.: Προυπάντησις

Fit praeoccursio, si reddas priu' posteriori.
Ut: 'pluvias cernas nolle istos ac cupere illos;
Arantes cupiunt imbrem noluntque viantes'.

Da der prosodische Schnitzer *ārantes* dem Dichter des 'carmen de figuris' unmöglich zugetraut werden darf, haben Ahrens und Sauppe für *arantes*, das dann wohl ein in den Text gedrungenes Glossem sein würde, *agrestes* oder *agricolae* vorgeschlagen: allein dem Sinne nach ist *arantes* vortrefflich, da es dem Participium *viantes* entspricht; auch sieht man schwer ein, wie *arantes* etwa sollte ein Glossem zu *agricolae* sein. Aber auch das der Buchstabenähnlichkeit nach sehr ansprechende *artrantes* von Fröhlich passt nicht, da *artrare* nach Plinius ein provincieller Ausdruck für 'die Saat umpflügen, um mit ihr zu düngen' war; denn das Gedicht ist
360 wohl archaistisch, aber nicht provinciell gefärbt, und jene Manipulation ist doch zu speciell, um die Landleute im Gegensatze zu den Wanderern (viantes) zu bezeichnen. Nach allen Seiten hin dürfte genügen:

. . . pluvias cernas nolle istos ac cupere illos:
Lirantes cupiunt imbrem noluntque viantes.[2]

lirantes kann ebensowohl direct in *arantes* verderbt worden sein, als durch die Erklärung *arantes* verdrängt (vgl. V. 160, wo *interposita* für *intersita* eingedrungen ist); denn man glossirte *lirare* durch *arare*: vgl. die Glosse

Lirantes : arantes.

Codex Vossianus lat. Fol. 82; c. Vaticanus 3321 f. 90^r (*arentes*); Papias; c. Sangallensis 905 p. 513a (*lyrantes*); Mai VI p. 532a (wahrscheinlich aus Vaticanus 3321); Hildebrand p. 197, 145 (ebenso c. Leidensis 67 F^3, nur *lirantes* wie es scheint aus *lilantes*); glossae Salomonis f. 117rb (*lirãtes*); gloss. Amplon.^{1} p. 346, 148 (*apantes*); gloss. Amplon.^{2} p. 347, 64 (*lirantes*) *errantes, arantes*: (hier ist offenbar nicht, wie Hildebrand p. 197a meint, die auf *delirantes* bezügliche Erklärung *errantes* fälschlich eingedrungen, sondern die beigeschriebene Verbesserung der Corruptel *errantes* in das Interpretamentum hineingerathen).

[1) Acta IV S. 359 f.]
[2) Aufgenommen von Baehrens Poetae l. m. III. p. 283.]

Addenda.

P. 164 *carrarius* : ἁμαξόπους potius ἁμαξοποιός scribendum esse vidit I. M. Stowasser in Woelfflini Archii fasc. III p. 440.

P. 169 *Remulcare* iam Sisennam dixisse apud Non. 57, 20 idem monet.

P. 173 glossam *favisor* : *piscator, fautor* ex hac factam esse *favisor* : *amator, fautor* idem suspicatur *amator* pro *hamator* intellectum esse sumens.

P. 189 adde quae Ritschelius Act. V praef. p. 3 sq. disputat: 'Ibi igitur cum p. 469 sqq., item praef. p. XII, de *endo* forma deque Philoxeni glossa '*entoridia*' disserebamus, non debebat nos fugere quas in eodem genere doctrinae copias iam O. Ribbeckii diligentia congessisset Trag. fr. coroll. p. XII sq. Nisi quod Vulcanius quidem voluit fortasse *endoteridia* emendari, reapse tamen haec potius scripsit 'Notarum' p. 36, 24: '*Entoridia*, et infra lin. 38 *Etorida*] Leg. *Endoridia* pro *Interea,* ut *Postidea* pro *Postea*': calumi errore ut putamus aut vitio typothetae. Id quod eo probabilius fit, quod Vulcanium monstrari potest cum in adnotando Philoxeno tum in edendis emendandisque 'Isidori' qui fertur glossis totum pendere e Scaligeri auctoritate: ut hunc ipsum cogitasse de *endoteridia* forma veri simile sit. Hinc aliquid eius rei permanasse ad Meursium videtur, cuius haec verba sunt in Exercitationum crit. parte I (edita Lugd. Bat. a. 1599) p. 69, spectantia ea ad Casinae Plautinae prol. v. 33: 'Scribo *postidea rursum.* Nam dicebant, ut notum est, *Antidea, Postidea, Interidea.* Et male hodie in glossis legitur *Entoridia,* ἐν τῷ μεταξύ. Scribo *Entoteridea* pro *Interidea.*' Ubi et notum id esse dicit de quo ipso quaeritur, et perversissima Plautinum versum mutatione pessum dedit. — Ceterum nulla esse dubitatio potest quin, quae in kalendario Praenestino ter exstat EN nota, sat saepe ea etiam in ceteris rediens, non sit aliter nisi *endotercisus* interpretanda ex ipsius Verrii Flacci sententia.'

P. 192 adde quae idem eodem loco p. IV dicit: 'Ibidem p. 472 in lucem protracta latina *esus esa* forma, aequans illa recentiorem *erus era,* qua videretur origine esse, commode nuper adscito e tabula Bantina Osco *esuf* vocabulo doctissimus collega Ludovicus Langius aperire instituit, cuius ea de re coniectura propediem vulgabitur in Musei Rhen. t. XXX fasciculo altero [= p. 296 sqq.].' [Adde quae Buechelerus eiusdem voluminis p. 436 sq. exposuit.]

Ad p. 211 Adde glossas quas commemoravit Loewius Anal. p. 150 ad Pseud. prol. (*surgunt* : *statuunt* Vat. 3321; *excito* : *produco, surgo* Vat. 1468; *surgunt* : *in altum* [cod. *in actum*] *extruunt* Cas. 439), Pseud. 149 p. 163 (*desidiosus* : *neglegens* [glossaria cod. Vat. 3321, abavus, affatim] *desidia* : *neglegentia* [gloss. 'abavus'], *desidescere* : *neglegenter agere* [cf. Prodr. p. 381] pro *neglegentes* scribens *desidioso,* Pseud. 893 p. 170 cum *sublingulo* confert *subregulo* velut in Ambros. B 36 inf. *tetrarcha* : *subregulo*), ad Stich. 346 sqq. p. 178 (Philoxeni glossas 17, 55 et 17, 57), ad Trin. v. 100 p. 196 (αἰσχροκερδής : *turpilucris* Cyr. p. 369, 48).

Praeterea corrigenda sunt haec: P. 90 adn. 1 scr. Nr. XII 3; p. 92 adn. 2 dele [Nr. VII]; p. 144 v. 3 adde ad 'Analecta Plautina S. 203' hoc: [= p. 213].

I. Index locorum.

II. Index vocabulorum.



